


John Carter Brown.
Harold Brown.

# OMNIVM
## GENTIVM MORES,

Leges & Ritus ex multis clariſſimis rerũ
ſcriptoribus, a Ioanne Boëmo Au=
bano Teutonico nuper colle=
cti, & nouiſſime re=
cogniti.

Tribus libris abſolutum opus, Aphri=
cam, Aſiam, & Europam de=
ſcribentibus.

ACCESSIT LIBEL=
lus de Regionibus Septentrionalibus, ea=
rumq; gẽtium ritibus, veterũ Scrip=
torum ſæculo ferè incognitis,
Ex Iacobo Zieglero Geo=
grapho diligentiſſ.

ANTVERPIÆ
In Ædibus Ioannis Steelſii,
Sub Scuto Burgundiæ.

AN. M. D. XXXVII.

# HENDECASYLLABON AD LECTOREM.

Non ſic Herodotum, haud quidem Strabonem,
Haud Trogum, neq; Plinium, haud Solinum,
Scriptorem haud Siculum, haud ſenem Beroſum:
Facundis aliquem nec ex nouellis,
Non Papamq; Pium, Sabellicumq;,
De rebus breuius fidelius q;,
His tractaſſe. Videre nationes
Hic omnes Aſiæ queas vagantes,
Perſas atq; Arabes, Scythas & Indos,
Parthos, Aſſyrios, Syrosq;, Medos,
Europæ pariter Gethas Dacosq;,
Thraces, Sauromatasq;, Pannonesq;,
Germanos, Italos, Gallos, Iberos,
Hybernos quoq; Cantabros, Britannos,
Et gentes titulo ſub Aphricano,
Pœnos, Æthiopes, & incolentes
Ægyptum, & Libyæ aridas arenas,
Nonnullasq; per inſulas morantes:
Turcarum inſuper atq; Tartarorum,
Sectas, Chriſtigenumq; nationum,
Quæ latè dominantur, & gubernant
Nunc regna Imperia atq; principatus
Mundum præualidè per vniuerſum.

# SIGISMVN=
## DO GRYMAVGVSTANO

optimarum artium & Medicinæ eximio Doctori, Ioannes Bo‑ẽmus Aubanus Teu‑tonicus. S.

COllaturus me ad celeberrimū hūc morem, quo omnes, qui vnquàm à ſe ſcriptos libros in lucem dedere, vnum aut plures è præſtantioribus viris eligere ſolent, quibus velut defenſoribus patronis, illos adſcribant, dedicentq;: Quum huc atq; illuc multū diuq; circumſpicerem, cui & ego lucubrationes haſce meas de Gentium Moribus ac earundem viuendi ratione, nominatim dedicare, & ad propugnandum tradere cumprimis velim, cui acceptas fore cōſiderem: Nemo mihi te ſplendidiſſimè Doctor quum dignior, tum aptior occurrit: non eò ſolùm, quòd eas ſub expenſis tuis, tuoq; ſub mundiſſimo caſtigatiſſimoq; literario prælo impreſſurus, laudem (quantulacunq; mihi vnquàm à grato & humano lectore pro habitis laboribꝰ ceſſerit) communem mecum habiturus ſis: verum quòd te materia ea haud mediocriter delectari notāter cognoui, quum anno ſuperiori ſimiles libellos duos, vnum de Septentrionalibus Gentibus, cuius autor Matthias de Michau, alium de Meridionalibus cuiuſdam Ludouici de Bononia, impreſſeris meq; librum præſentem in Germanicam linguā noſtram transferre interpretariq; adhortatus ſis.

Et hoc digniſſimè: quippe, qui optimè diu anteà hæc atque alia, quæ de externis nationibus memorantur, omnia cognoris, ſciásque: licet non ex leuibus circulatoribus, non ex vagis mendicis, qui vt vulgò admiratiores acceptioresque ſint, adeò nefandiſſimè abſque omni verecundia plærunque mentiuntur: vt non ipſis modo non fides etiam minima habeatur, verum omnibus iuxtà, qui aliquid de his aut ſcribunt aut recitant: Sed ex grauium fidedigniſſimorum autorum ſcriptis, quibus perdius & pernox tu quoque, quandocunque à medicis curis vacare datur, operam ſummam impēdis. Atque ex hinc homini in publica præſertim adminiſtratione conſtituto nihil vtilius, nihil glorioſius iucūdiusque magis, quàm veraciter aut legendo aut peregrinando cognoſcere, qua religione, quibus moribus, qua regiminis forma, quibus legibus, inſtitutisque aliæ per orbem gentes vitam traducant. Quod ita compertum eſt, vt illis, qui extra patrios agros ad ſecundum vix lapidem vnquàm peruenerint, quique ingenuorum morum & artium in iuuentute parum aut nihil perceperint, quamuis naturæ ſuę bonitate opulenti, facundi & ſolertes ſatis ſuperque in patrię ſinu populos moderentur & vrbes: tantum tamen fœlicitatis adimatur, vt propemodum pro deſpicato quicquid dicant faciantque, ab omnibus habeatur, E diuerſo alijs, qui peregrè aliquando profecti, ſub fidelibus & eruditis pręceptoribus in claris probeque inſtitutis vrbibus egregia multa viderint didicerintque, tantum gloriæ & maieſtatis adijciatur, vt nihil ab eis attētetur, nihil fiat, quod non ſecus, quàm à diuiniſſimo oraculo præceptum alacriter non omnes amplectantur, cunctisque nō ſummè placeat. Quapropter ornatiſſime Sigiſmunde ſcripta hæc noſtra,

quę ex multis pręclariſſimis rerum ſcriptoribus, iam triēnio fermè non ſine maximis laboribus in librum iſtum collegi, congeſſi, & quantum ingenio atq; induſtria potui, augmentaui, à me obuijs manibus & ſerena fronte ſuſcipe, ſuſceptaq; tanta diligentia, tanta fidelitate perlege, perluſtra, examina, ab omniq; macula expurga: vt nihil vſquàm pretermittatur, nihil pręterfluat, quod ſecum minutuli quippiam ſubripiat inuoluatq;, quod poſtea à Lynceis vitilitigatorū obſtrigilatorumq; oculis inuentum, ſphingeis vnguibus enodatum, vipereis linguis compunctum, exibilatumque, in famę & nominis noſtrorū amborum diſpendium, atque obfuſcationem in omnibus triuijs pro fabula iactetur. Quod vbi diligentiſſimè perfeceris, ſub dędaleo tuo literario pręlo accuratiſſimè imprimere curabis. Vale.

# DE ORIGI=
## NE HOMINIS OPI- nio Theologorum Vera.

## CAPVT PRIMVM.

DIuina maieſtas, quum cœlum,
Mūdus vnde appellatus
& hanc vniuerſi faciem, quę ab
ornatu, & eleganti forma mun-
dus appellata eſt, ac omnia quę
illius ambitu comprehendun-
tur, quinto creationis die abſol
uiſſet: ſexto hominem maſculū
Primorum parētū origo & appellatio.
vt eſſet, qui illis & præeſſet & frueretur, nobiliſſi-
mum animal fecit: vnum omnium animantium
quod cœleſtem mentem ſortitum eſt. Illi, quòd ex
Adamus.
rubentis terræ vena fieri contigiſſet, Adami no-
men dedit: tum mulierem ex dormientis Adæ la-
tere depromptā, ne ſolus eſſet, illi in ſociam & cō-
iugem commiſit: ſimulq́ in amœniſſimam terræ
partem conſtituit, fluminibus quaq́ verſus irri-
guam. Locus á viridante facie, hilariq́ aſpectu
Paradiſus.
παράδεισος eſt Graia voce appellatus. Primo be
atiſſimā vitā agere, malorū omniū expertem, ter-
ra ſua ſponte ferente omnia. Cæterū lege aberran-
tes amœniſſimo incolatu, ſedeq́ illa beatiore de-
Fertilitas terrę cur cohibita.
pulſi, ſolum flebiliter vertere. Cohibita deinceps
& tellus eſt quum nihil vltro ferret amplius, per
Protoplaſtorū vita.
ſudorem & ærumnam vitā agere: ſubijt inde mor
bus, tentareq́ cœperunt frigora & æſtus humana
Cainus primogenitꝰ.
corpora. Cainus primo ex his genitus, ſecundo lo
co Abelus, & tum multi alij: ita adoleſcente mun-
do: quum

do:quum iam terra frequẽtius coleretur,quô maior humanarum gentium vis erat,eô magis vitia inualeſcere,vitaq; in peius labi,iniuria pro innocentia haberi cœpta eſt,pro pietate numinis contemptus:eoq; ſcelus ipſum proceſſit,vt deus(vix Noë vno mortalium iuſto reperto,quem propter hoc cum domo ſua ſeruari voluit,vt eſſet per quẽ humanum genus ex integro reparari poſſet) cataclyſmum immiſerit,qui inundans omnem terrã, vna clade omnia animantia,quæ tunc in terris fuere:præter admodum pauca,quę myſtica nauis tuebatur,cum volucribus etiam extinxit. Poſt quinos deinde menſes,quibus ea inundatio ſæuijt, arca in Armenis montibus deſedit:Noë cum ſuis in terram egreſſus,mortale genus breui tẽpore propitio numine reparauit:& vt rurſus omnis terra incoleretur,filios,nepotes,ac pronepotes alios ad alias terrarum oras velut in colonias habitatũ miſit.In Ægyptum(vt Beroſus habet)cum Colonijs Chami Eſennium,in Libyam & Cyrenen Tritamem,& in totam reliquam Aphricam Iapetũ Priſcum,Atalaa in Aſiam orientalem miſit,Gangem, cũ aliquot ex filijs Comeri Galli,in Arabiam fœlicem Sabũ cognomine Thuriferum,Arabum pręfecit Arabiæ deſertæ,& Petreium Petreiæ: Canaan poſuit in Damaſco vſq; in extima Paleſtinę:In Europa regem Sarmatiæ fecit Tuiſconem à Tanai ad Rhenum flumen:iunctiq; ſunt illi omnes filij Iſtri & Meſæ cum fratribus ſuis ab Adula monte vſq; in Meſemberiam Ponticam:ſub quibus tenuerunt Tyras Archadius Emathius Italiam,Comerus Gallus:Samotes poſſedit Celtas, & Iubal Celtiberos.Fuit breuis illa & immatura filiorum alienatio à progenitoribus (quorum viuendi ritus & mores nondum adhuc ſatis imbiberant)

Cataclyſmus.

Diluuiũ q̃diudurauit

Noë propagatio.

Noë filios ac nepotes habitatum tranſmittit

Vnde morum & linguę diuerſitas orta.

*Chami immaturũ exilium.*

omnis diuerſitatis, quæ ſequuta eſt, cauſſa. Chamus ſiquidem ob ludibrium, quo patrem habuit cum vxore & liberis profugere coactus, in ea Arabiæ parte conſedit, quę ab eo poſteà nomen ſortita eſt: poſteris nullum ſacrorum ritum tradidit, quum nullum à patre accepiſſet. Vnde factum, vt quum procedente tempore alij poſt alios ex ea terra rurſus velut in colonias miſſi, diuerſa mundi loca tenuiſſent (creuit enim ſupramodum abdicata ſoboles) quidam in errores inciderint inextricabiles; lingua variata eſt: cognitio veri dei, & omnis cultus periit. Adeoq; quidam inculto & barbaro modo, vt audies, vitam duxere: vt quid differẽtiæ inter eos, & ſylueſtria animalia extiterit vix videas. Qui in Ægyptum tranſiere cœleſtium luminũ motum pulchritudinemq; mirati Solem & Lunam, velut certum ipſis numen ineſſet, pro diis colere cœpere, Iſidem hanc, illum Oſyrim nominãtes: vitali ſpiritui etiã ſub Iouis appellatione: ſub Vulcani igni: Ætheri ſub Palladis: ſub Cereris telluri, alijsq; ſub alijs nominibus diuinos honores tribuere, Nec tenebræ illæ rerum tantum in Ægypto ſtetere: ſed quaſcunq; à principio terras tenuerunt à Chamo procreati: veræ pietatis ignorantia ſimul & infanda ſeruitus cępit, Cæterum nulla vnquàm tellus plurium fuit coloniarum mater, quàm Arabiæ pars illa, quam is cum ſuis inſedit: tantam humano generi cladem intempeſtiuum vnius attulit exilium. Contrà Semi & Iaphetis prognati, legitimè à maioribus inſtituti, modicis finibus contenti haud tam latè, vt illi, ſunt per omnes terras euagati: Quo accidit, vt veritatis ſtudium, pietatis dico & veri Dei cultus apud vnam duntaxat gentem ad Meſſiæ vſque tempora in occulto permanſit.

*Homines à brutis non differebãt.*
*Sol & Luna diuinos honores cõſequuti.*
*Iſis Luna.*
*Oſyris Sol*
*Aër Iuppiter.*
*Ignis Vulcanus.*
*Æther Pallas.*
*Terra Ceres.*
*Arabia multarũ coloniarũ mater*
*Semi & Iaphetis prognati.*
*Quare veri dei cultus apud tam paucos permanſit.*

DE

## DE ORIGINE HOMINIS opinio Ethnicorum falſa.

### CAP. II.

VEteres verò illi philoſophi qui pręter veri numinis cognitionē ante multa ſęcula naturā & hiſtorias tradiderūt, de hominis origine aliter ſenſerūt. Quidam enim mundū ingenitum & incorruptibilem, & genus humanū ab æterno extitiſſe neq; habuiſſe ortus principium credidere. Quidā genitū corruptibilemq; arbitrati, & homines dixerunt generatiōis initium tempore eſſe ſortitos. Nam à rerum primordio & cœlū & terrā vnicā habuiſſe ideam immixta eorū natura. Exinde diſtinctis inuicē corporibus cœpiſſe mundum, hūc ordinem quem videmus. Aërem quidem motum hūc continuum ſortitū, & igneam partem eius ſuperiora loca propter leuitatē appetiſſe. Eadē cauſſa ſolem aſtraq; cætera curſus ſuos ſortita. Quod verò humori mixtum, eodem ſtetiſſe in loco propter grauitatem: quę quum mixta eſſent, ex humidis quidē mare effectum, ex durioribus verò terram lutoſam euaſiſſe & omnino mollem. Hęc primū quum ſolis ardore denſior euaſiſſet, eius poſtmodum ſuperficie vi caloris tumefacta, multis in locis humores quoſdā eſſe cōcretos: in quibus putredines tenui contecta pellicula ſint excitatę, quē admodum in paludibus Ægyptiis & ſtagnis accidere videmus: quum frigidam terrā ſubito æſtus aëris calefacit, tum verò in humidis calore adhibito generatio fiat: & noctū quidē circumfuſus aër humorem præſtet, qui in die ſolis virtute conſolidetur: tandem putredines illæ ad ſummum perductæ, adueniente veluti partus tempore exuſtis cōfractisq; pelliculis oīs generis educūt animātium formas: quorū ea quæ maiorē calorē ſortita ſunt,

Philoſophorum de mundo duplex opinio

Leuia ſuperiora, grauia inferiora appetiſſe

Animantiū naturalis creatio.

Ægypti fœcunditas.

in ſuperiorem regionem volatilia effecta, abierũt: quę verò plus terræ continebant ſerpentia, aliaq; terreſtria euaſerũt animantia. Naturam aquoſam nacta, in ſui generis elementũ delata ſunt & piſces appellata. Terra deinceps, tum ſolis ardore, tum ventis indies magis areſcens, à gignendis maioribus animalibus deſiit: ſed quę generata erant, mutua commixtione alios animantes procrearunt.

Primorum hoĩm inculta vita.

Primi homines à beluis ĩfeſtati.

Eodem quoque modo & homines à principio genitos dicunt, in agris paſtum quærentes, ſylueſtri & incognita vita vixiſſe: quibus herbę & arborũ fructus vltrò victum præberent. Beluas inſuper iis fuiſſe infenſas, quibus vt obſiſterent, cœtus hominum ob timorem factos aiunt cõmunis vtilitatis gratia, auxiliaq; inuicem prębita, & loca habitaculis quæſita: ſonus oris confuſus quum eſſet, paulatim diſcreuiſſe vocẽ aiunt, & res omnes ſuo nomine appellaſſe.

Diuerſitas linguarum vnde facta.

Gentium diuerſitas

Hoĩes periculo prudẽtes facti.

Verum quum diuerſis ſiti eſſent in orbis locis, non eiſdem vſos verbis ferunt: propterea & diuerſos literarũ characteres extitiſſe, primoſq; hominũ cœtus ſuæ quenq; gentis initium fuiſſe. Verũ primi homines nullo ſubſidio fulti, duram agebant vitã, quum ignorarent agreſtes fructus in vſum futurum condere, & ad egeſtatem ſeruare. Hinc fiebat, vt hyeme plurimi aut fame aut frigore interirent. Experimento deinde edoctos, & ſpelũcas aiunt quæſiſſe, ad euitandã frigoris vim, & fructus ſeruare cœpiſſe. Ignis ad hęc notitia cæterarũq; vtilium rerum percepta, & cæteras quoque vitæ hominũ commoditates breui tempore eſſe adinuentas.

Magiſtra rerum neceſſitas.

Denique neceſſitatem ipſam rerum magiſtram factam, ſingulorum peritiam ingeniis mortalium ſubminiſtraſſe: quibus coadiutores datę ſunt manus, ſermo animiq; præſtantia. Et illi, qui eam hominis originem fuiſſe

perſua

perſuaſum habuere, & non ad diuinam retulerunt prouidẽtiam. Æthiopes omnium mortalium primos fuiſſe dixerũt, hac cõiectura vſi, ꝙ Æthiopicum ſolum ante omnes terras ſyderis propinquitate intepeſcere cœpiſſet, quum terra eſſet ab initio vliginoſa: quo contigit, vt ex prima illa humoris caloriſq; temperie homo ſit ipſe genitus, atq; eam terrã in qua naſci cõtigiſſet, libentius tenuerit, q̃ diuerſam vllam, quum ignota adhuc eſſent omnia, quęſiuerit. Ibi ergo exordiẽtes, vbi prius paucula de Aphrica vna trium partium, in quas totus terrarum orbis, & hic liber noſter partitus eſt, præmiſerimus. De Æthiopiæ ſitu & eius gentis moribus primum, tum ſingularum regionum & gentium per ordinem, qua poterimus diligentia referemus.

Æthiopes oĩm mortalium primi

Captatio beneuolentiæ à dicendorum propoſitione.

## DE TERRÆ SITV ET partitione. CAP. III.

MAiores noſtri, vt refert Oroſius, totius terrę circulum Oceani limbo circumſeptum triquetrę eſſe figurę ſtatuere: eiuſq; tres partes, Aphricam, Aſiam & Europam. Aphricam ab Aſia diſterminat Nilus, qui à meridie in Æthiopiam diffunditur, & Ægyptum perlabens, ac mirabili fœcunditate irrigãs, oſtiis nõ minus ſeptem mari infunditur. Europam ab Aphrica diuidit mare mediterraneum, q̃d ab occidentali oceano circa Gades inſulam & columnas Herculeas, nõ amplius decem millibus paſſuum patens terras aperit atq; intrat, ait Põponius Mela. Aſiam ab Europa Tanais fluuius ſeparat, à ſeptentrione in mediam ferè paludẽ Mæotidẽ defluens, cũ Ponto reliquum Aſiæ ab Europa diuidit. Aphrica ab oriẽtis parte Nilo, à cæteris partibus mari terminata. Europa breuior, vbi mare attingit latior: vnde in iuga ex-

Terra ĩ partes tres diuiditur.

Aphrica ab Aſia diuiditur.

Europa ab Aphrica diuiditur.

Aſia ab Europa diuiditur.

Aphricæ ſitus, qualitas, & gentes.

urgens,

urgens,pergit in curua ad occaſum,faſtigiatque ſe molliter,& fit paulatim adductior,vbi finitur anguſtiſſima eſt.Quantū incolitur fertilitate pręſtat. Verū maxima inculta eſt,& vel ab arenis ſterilibus obducta vel ob ſitū cęli deſerta, vel multo ac malefico animaliū genere infeſta. Mare q̊ à ſeptentrione cingitur Libycū vocatur,à meridie Æthiopicum,ab occidente Athlanticum. A quatuor nō amplius nationibus ab initio Aphricū ſolum incolebatur,quarū duæ(ſic ſcribit Herodotus) indigenæ ſunt,totidem alienigenę. Indigenę quidem Pœni atq; Æthiopes, quorum alteri ad aquilonē Aphricæ,alteri ad auſtrum incolūt. Aduenę verò Phœnices & Gręci. Vetuſtiores Æthiopes necnō & Ægyptij ſi vera ſunt, quæ ipſi de ſe prædicant, aſperi & inculti ab initio. Ferinę carnes herbæq; veluti pecoribus,vulgò cibus fuere,neq; morib⁹, neque lege neq; imperio vllo vſi. Vagi temereq; palantes,nullas certas ſedes habuere: vbi nox oppreſſerat, ibi corpora quieti dabant. Poſtea verò ab Hercule,qui & in eam terrā colonias deportaſſe dicitur,mitiores cultioresq; facti,ex iis nauibus quibus in Libyam transfretauerunt,tuguria fecerunt, & cōuenire cohabitareq; cœperunt. Sed de his plura poſtea dicemus.Inæqualiter terra Aphrica colitur, ad meridiem plurimū ob nimios æſtus deſerta: contrà qua Europam ſpectat frequentior illi cultus. Eximia & propemodum portentoſa agrorum feracitas,vtpote qui locis quibuſdā centeſimo fœnore reddant cultoribus meſſem. Mirū eſt, quod de Mauritaniæ vbertate dicitur. Eſſe in ea vites, quas duorū hominum complexus capere nō poſſit: vuarū racemos cubitales. Staphilini, Hippomaratri & carduorū ſcapos duodenū cubitorum,enormi craſſitudine calami Indicis ſimiles, quorum

Aphricę incommoda.

Quatuor Aphricæ latera.

Indigenę Aphricæ gentes

Aduenæ Aphricæ gentes

Aphri ab Hercule cultiores facti.

Terrę Aphricæ qualitas.

Portentoſa Aphricæ feracitas.

Mauritanię mira vbertas.

Aphricæ mirabilia

quorum nodi octo capiant modiolos: Aſparagos ad hæc videri haud minus notabili magnitudine. Arbores circa Athlantem proceritate inſigni eno di, nitore folio cupreſſi, ſed omnium nobiliſſima Citrus Romanis delitiis inſerta. Alit & Aphrica elephantos & dracones, qui ipſis beluis inſidiantur, ſuoq; complexu enecant leones: bubalos, pardales, capreas & ſimias, quibuſdā locis ſupra modum frequentes. Sunt & chamelopardales, Rhizes tauris ſimiles. Herodotus cornutos Aſinos ibi naſci autor eſt, Dracones inſuper, Hyænas, Hiſtrices, agreſtes arietes, Thoas ex Hyæna & lupo genitas, Pantheras, Ciconias, Pigardos, Sthrutios & præter multa ſerpentum genera Ceraſtas & Aſpidem: cui peſti Icneumonem minimum animal oppoſuit natura.

Quę animalia in Aphrica naſcātur.

## DE ÆTHIOPIA, ET GENTIS eius priſcis moribus. CAP. IIII.

AEthiopia duplex regio eſt, Aſiæ & Aphricę: altera, quę & hodie India dicitur: ad oriētem ſolem rubro & barbarico mari alluitur, ad ſeptētrionem Libyæ & Ægypto cōtigua: ad occaſum interiorem habet Libyam: ac reliqua parte, qua auſtro iacet obuerſa. Alteri iungitur Æthiopiæ, quæ maior eſt & auſtralior: ſic appellata ab Æthiope Vulcani filio, q illi prẹfuit, vt Plinius ait, vel à Græco αἴθω *cremo*; ὤψ aſpectus, quòd ſolis vicinitate torreat. Eſt enim iugis æſtus. Quicquid eius eſt, ſub meridiano cardine eſt. Montuoſa eſt circa occiduum, arenoſa in medio, ad orientē deſerta. Plurimas habet gentes diuerſo vultu & monſtruoſo, ſpecie horribiles. Primi oīm mortalium credūtur veriſſimiq; indigenæ, & ſeruitutem nunquam experti.

Æthiopia duplex.

Æthiopia hodie India dicitur.

Qualitas Aethiopiæ.

Mortalium vetuſtiſſimi Aethiopes.

Semper

Deorũ cul‑ tus ab Æthi opib⁹ inſti‑ tutus.

Semper genti libertas incolumis manſit. Primi deorum cultũ apud eos inſtitutũ memorant, pri‑ maſq; ſacrorum ceremonias. Duplicem literarum vſum, vt quę ſacræ dicerẽtur ſacerdotibus dunta‑ xat notę eſſent. Alterum earũ, quę vulgò paterẽt.

Literæ qui‑ bus vſi Ae‑ thiopes.

Fuerũt tñ literarũ figurę haud tales, vt ex illis ſyl‑ labę coaleſcerent, ſed animãtibus extremiſq; ho‑ minum partibus, variiſq; inſtrumentis, artificũq; perquàm ſimiles: ſinguliſq; ſua inerat figuris ſigni ficatio: vt in accipitre celeritas, in crocodillo ma‑ lum, cuſtodia in oculo, ſicq; aliæ in aliis.

Rex ex ſa cerdotibus phanaticus eligitur.

Ex ſacer‑ dotibus, quem phanatico curſu circumferri vide‑ rint, omnium ſanctiſſimum iudicant. Quem vbi regem creauerint, veluti numen inſit, aut ſit ad mi‑ nus diuina prouidentia eis datus, vulgò adorant.

Obediẽtia Aethiopũ.

Vitam is agere ſtatutam legibus debet, omniaq; facere iuxta patrios mores. Neminem neque præ‑ mio neque pœna afficere. In quem autem animad‑ uerſum volet, lictorem ſignum mortis habentem ad eum mittit: quo inſpecto confeſtim quiſquis il le eſt, domum reuerſus ſibi mortem conſciſcit. Tantus regibus honor, tantumq; ſtudium ab his tribuebatur, vt ſi quãdo aliqua corporis parte ex quauis cauſſa debilitaretur rex, domeſtici homi‑ nes ſponte ſua eandem partem debilitarent: turpe exiſtimantes, Rege claudo aut monoculo, & non amicos omnes claudos aut vnoculos eſſe. Ferunt quoque cõſuetudinis eſſe, amicos vltrò in Regis morte vita defungi, exiſtimantes eum interitum

Veſtitus Ae thiopum. Studium & exercitium

glorioſum veræq; amicitiæ teſtem. Plures ſyderis propinquitate nudi agũt, ouillis caudis pudenda obtegunt, pauci omnino pecorum veſtiuntur pel libus. Alij ſubligacula capillis contexta ad medi‑ um corpus inducũt. Pecuariam rem vulgò exer cent: pecora puſilla admodũ duri hirtiq; velleris.

Canes

Canes & ipſi nihilo maiores, cæterū aſperi & pugnaces. Milij hordeiq; frequens vſus, vnde potū etiam conficiunt. Cæteris carent frugibus, præter palmulas, easq; perraras. Quidam herbis victitāt, tenuioribusq; harundinū radicibus, carnibus, lacte, caſeo veſcuntur. Meroë fuit olim regni caput, clypei figuram ea inſula imitatur, ad tria milia ſtadiorum cū Nilo protenſa. Accolūt paſtores eam qui paſſim venātur, & agricolę aurifodinas habēt Herodotus autor eſt, apud Macrobios Æthiopes æs pluris exiſtimari, q̄ aurum: cuius tam vilis ſit vſus, vt Cambyſis legati eò profecti, ſontes viderint aureis cathenis in cuſtodia vinctos. Quidam Siſamū, alij lotum ferūt: Hebeno abundāt & Siliquaſtro, Elephantes venantur & comedunt: Leones habent, Rhinocerota, Baſiliſcos, Pardales Draconesq;, qui multiplici nexu implicitos Elephantes hauſtu ſanguinis conficiunt. Hyacinthus ibi & Chryſopraſus reperiuntur, colligitur & Cinnamomum. Arcubus vtūtur quadricubitalibus ligneis & peruſtis: inſtruuntur bello & mulieres, quarū pleræque oris labium æneo traiectū habēt circulo. Venerantur eorū quidam orientem ſolē, occidentem diris ſupplicationibus inſectantur. Mortuos nōnulli in profluentem deiiciunt, alij fictilibus condūt doliis, quidam etiam vitreis conditos domi in annū aſſeruant, religioſeq; interim colūt, primitias offerunt. Sunt qui tradant regem ab his potiſſimū declarari, qui forma & alendorū pecorum peritia, roboreq; & opibus cæteros antecellat. Fuiſſeq; ius olim, vt Memphiticis ſacerdotibus mortis per internūtium imperandæ, alteriusq; inde mortui locū, quum libitum eſſet, conſtituendi. Deum alterū immortalem credere, eum qui rerum ſit princeps atq; vniuerſi cōditor: mortalem

Meroë olī regni Aethiopici caput.

Aurū apud Aethiopes ære vilius.

Arma Aethiopum.

Religio Aethiopum.

Sacerdotū Æthiopum autoritas.

Dij Aethiopum.

talem

talem alterum, eumq́ incertum. Regem vt dictũ eſt, & eum qui de ciuitate meritus ſit, ſecundum poſt Regem, vt deos venerantur. Et talis fuit ab initio, & iam ante multa ſæcula Æthiopiæ ſtatus: hi genus, ritus & mores. Hodie verò, vt ſe Marcus Antonius Sabellicus (ex quo maiorem partẽ eorum quę hic & in ſequentibus à nobis dicũtur accepimus) ab ipſis locorũ illorum indigenis cognouiſſe dicit: Æthiopiæ rex (quẽ noſtri Pretoianem vocãt, ac ſacerdotẽ Ioannem ſiue Iarem: illi Giam, id eſt, potentem) tam potẽs eſt, vt duobus & ſexaginta aliis regibus imperitare prædicetur: magnorũ Antiſtitum deſyderia ad ipſum omnia referri, atq; ſacerdotia impetrari, quod Romanus pontifex regum maieſtati dedit. Sacerdos tamen ipſe non eſt, nec vllis ſacris initiatus. Primorũ Antiſtitũ ingens numerus, atq́ cuique horum, vt minimum, viginti obediunt epiſcopi. Principes atque alios maioris dignitatis Antiſtites, quum in apertũ exeunt, crux præcedit, & aureum vas terra refertum, vt hoc inſpectũ euntem ſuæ admoneat mortalitatis, illa dominicæ paſſionis. Sacerdotes procreationis cauſſa ducũt vxorem, quam ſi morte amiſerint, nefas eſt aliam ſuperducere. Magna diuorũ templa, ac noſtris opulentiora, plurimũq́ fornicato opere ad ſummũ educta. Multę piorum ordinũ familiæ: Antonij, Dominici, Calaguritani, Auguſtini, Macharæi, colore amiciuntur indiſcreto Antiſtitũ permiſſu. Secundũ Deum optimum deiparamq; virginẽ, ſumma in his terris veneratio Thomę cognomẽto Didymo. Regũ ille maximus, quem Giam vocant, à Dauide procreatus, ſtirpe vnius gentis in tot ætates (vt ipſi perſuaſum habẽt) ꝓpagata. Eſtq́ nõ atro vt plurimi Æthiopũ, ſed cãdido colore. Garama vrbs regia, quæ

*Recentes Aethiopũ mores.*

*Pretoianes, Giam, ſiue presbyter Ian Aethiopiæ rex.*

*Sacerdotes coniugati ſunt.*

*Thomæ apoſtoli in Aethiopia ſumma veneratio.*

quę nõ muris nõ parietibus cõſtat,ſed tabernacu-
lis in ordinẽ digeſtis,ex ſerico, byſſo, purpura in-
textis. Veteri inſtituto rex in aperto agit,nec ſe in-
tra mœnia plus biduo continet: aut quia id turpe
ducũt & molle,aut ꝙ lege quadã non liceat. De- Regis æthi: opũ potẽtia
cies centũ millia hominum ad bellũ inſtruit,quin
gentos elephãtos, equorũ ad hęc & camelorũ in-
gentem numerũ: & hęc vel mediocri rerũ motu.
Suntq; in tota gente familiæ ſtipendiariæ, ex qui-
bus orti,ſigno crucis velut cauterio inſigniuntur,
cute leniter inciſa.Arcu in bello vtũtur:conto,lo- Arma belli ca Æthiopũ
rica,galea. Sacerdotium in ſumma dignitate,Secũ
da dignitas ſapientũ,quos balſamatos et Tenqua
tos vocãt: tribuitur etiam non parũ innocẽtiæ &
probitati,quã primo ſapientiæ gradu collocant.
Nobilitati tertius habetur honos,ſequũtur ſtipẽ-
diarij. Iudices de vita hominis decernũt, decretũ
ad præfectum vrbis deferũt,quem Lycomegiam
vocant:locũ regis is tenet. Legibus nullis ex ſcri-
pto vtuntur:ex bono & æquo iudicant: ſi quis ad Adulterij mulcta.
ulterij ſit conuictus,quadrageſima bonorum oĩm
pars mulcta eſt:de adultera domeſtica vltio:illi q̊- Dotem viri mulieribus cõſtituunt.
rum intereſt puniunt. Viri dotem cõſtituunt iis,
quas ſibi matrimonio iungunt,non aliunde quæ-
runt. Mundus muliebris ex auro, quo gens pluri-
mum abundat. Margaritis & ſerico,viri & fœmi
næ veſtitu vtuntur ad pedes demiſſo, manicato,
nec vſpiam adaperto,indiſcreto colore,pręterquã
nigro,qui in ea gente luctificus eſt. Defunctos lu-
gent quadraginta dies. Lautioribus cõuiuiis ſecũ
da menſa crudę inferuntur carnes, quibus affabrè
cõciſis reſperſisq; aromate auidiſſimè veſcuntur.
Lanificio carent, ſericũ aut linũ veſtit totã gentẽ:
nõ vnus omnibus ſermo,ſed varia loquẽdi ratio,
variisq; diſtincta nominibus. Agriculturam exer

cent, & rem pecuariam. Bina meſſis eſt illis, bina etiam æſtas. Quicquid Libycarū gentiū ab Æthiopia hac ſeu India vſq; ad occidentem ſolem, oēs Mahometis impietatem colūt, viuuntq; eodē ferè cultu, quo & Barbari qui in Ægypto ſunt hodie, & Mauri appellātur, ab ipſa vt creditur Maurorum euagatione: nam ea quoq; gens Libyæ nō minus infeſta fuit, q̃ Sarraceni: diris illis temporibus, quibus magna in humanis reb⁹ facta eſt mutatio, mores gentium, pietatis cultus, terrarum nomina paſſim immutata.

Mahomet⁹ etiam in Libya obſeruatur.

Mauri in Ægypto.

## DE ÆGYPTO ET RITV gentis vetuſto. Cap. V.

AEgyptus regio in Aphrica, vel ſecundū aliq̃s Aphricę proxima, ab Ægypto Danai fratre ſic appellata, quum prius Aëria diceretur. Hæc teſte Plinio lib. 5. ab oriente rubro mari Palæſtinæq; cō iungitur, ab occaſu Cyrenem & Aphricæ reſiduum habet, à meridie vſque in Æthiopiam protenditur, à ſeptentrione mare Aegyptium. Eius inſignes vrbes fuere Thebæ, Abydos, Alexādria, Babylon & Memphis. Hodie Damiata & Soldani ſedes ciuitas Chayrus ſiue Alcyr ampliſſima. In Aegypto (vt Plato inquit) nunquam viſum eſt pluere, ſed terrā ipſam Nili inundatione quotannis poſt æſtiuale ſolſtitium fœcūdari: à pleriſque inter inſulas relata eſt, ita ſe Nilo ſcindente, vt triqueram terrę deliniet figuram: quo cōtingit, vt à Græcę literę ſimilitudine ſit à multis Delta cognominata. Ægyptij oīm primi duodecim deorū nomina cōmenti ſunt, aras & ſimulachra delubraq; ſtatuiſſe creduntur, animalia in ſaxis figuraſſe: quæ omnia planè arguūt eos ab Aethiopibus eſſe oriundos, qui horum omnium fuerūt autores, vt tradit Diodorus Siculus. Eorū fœminæ olim negotiari,

Ægypti denominatio & deſcriptio.

Ægyptij ab Aethiopib⁹ oriundi.

-ſarí,cauponari, inſtitoriaq; obire munera conſue ierũt. Viri intra murorũ parietes texere,hi onera capitibus geſtare,mulieres humeris:illæ ſtãtes mi ɛturire,hi ſedentes:domi vulgo ventrem exonera re,in viis comeſſari. Mulierũ nulla neq; dei cuiuſ-quam neq; deæ ſacerdotium habuit.Initiantur nõ ſigillatim cuiq; deorũ,ſed gregatim : quorũ vnus eſt pontifex.Vbi is defunctus eſt,filius eius ſubro gatur.Mares liberi,gentili inſtituto,parẽtes haud inuiti alebãt:contrà cogebantur filiæ etiam nolen tes. Plerique mortalium in funere deglabrant ca-pita,barbam promittunt. Aegyptij promittebãt capillum,& barbã tondebant: panem pedibus,lu tum manibus ſubigebant. Horum fuit(vt Græci perſuaſum habuere) & qui ab illis oriundi ſunt virilia circuncidere. A dextera in ſiniſtram literas dlgerunt. Horum mares binis veſtibus vti mo-ris fuit,fœminas ſingulis: bipartitus literarũ vſus, profanus hic, ille ſacer, ſed vterque ab Aethiopi-bus ſumptus. Sacerdotes tertio quoque die cor-pora raſitare,ne quid ſordis quum ſacra faciunt,in tercurreret. Linea ferre veſtimenta,ſemper recẽs abluta, faſſi munditiæ gratia ſe circunciſos eſſe, quia ſatius ſit mundos eſſe quàm decoros. Veſtẽ ſacerdotes lineam tantum geſtare,&calceos papy raceos. Fabam neque ab eis ſeri, neque alibi na-tam veſci. Sacerdotibus etiam illa videre prohibi tum, eo quod immundũ hoc legumen ſit. Lauantur quotidie frigida aqua,interdiu ter,nocte bis. Ho-ſtiarũ capita prius execrationibus diris damnata nõ manducabãt,ſed aut peregrinis negotiatorib⁹ venditabãt ſacerdotes,aut ſi qui illa emerẽt nõ aſ-fuiſsẽt,in Nilũ proiiciebãt. Boues mares eoſdẽq; mundos, ac vitulos vniuerſi Ægyptij immolant: fœminas imolare nõ licet,vtpote Iſidi cõſecratas.

Mulieres Aegyptiæ virorũ obire munera, viri mulie-rum.

Lugẽdi de-functos rit⁹ admirãdus.

Circuncide re virilia à quibus in-cœptum.

Sacerdotũ Aegyptiorũ mundicies.

Faba imun-dum legu-men nõ ſeri tur,neq; co-meditur ab Aegyptiis.

Vinum ex hordeo.

Cibo è farre, quod quidã ſiliginem vocant, confe ćto victitãt. Vino vtũtur facto ex hordeo: deſunt enĩ in ea regione vites. Victitãt quoq; tum piſci bus, partim crudis ad ſolẽ arefactis, partim ſalſugi ne cõditis: tum auib9, ſed earũ crudis prius tamen ſale conditis, coturnicibus anatibusq; apud locu pletes: Eorũ quum multi conuenerunt, & à cœna diſceſſum eſt, circũfert aliquis in loculo mortuum è ligno factum, aut pictura & opere maxime imi tantem, longitudine cubitali omnino, aut bicubi tali, oſtendensq; ſingulis cõuiuarũ, ait: In hũc in tuens pota & oblectare, talis poſt mortẽ futurus. Minores maioribus natu obuij in via cedũt atq; deflectũt, aduenientibusq; è ſedili aſſurgunt: qua in re cũ Lacedęmoniis conueniũt, occurrẽtes mu tuo ſe in viis adorãt manu genutenus demiſſa. Ve ſtibus vt dixi lineis amiciũtur, circa crura fimbra tis, quas Caſiliras appellãt: ſuper quas candida fe runt amicula alia tanquam ſuperiecta. Laneæ ve ſtes neq; in ædes ſacras geſtãtur, neq; vnà cũ cada uere ſepeliuntur. Nũc quoniam omnes qui olim doctrina aliqua excelluere, quiq; aliis gentibus le ges & vitę inſtituta pręſcripſerunt: ad Ægyptios prius, vt mores illorũ, leges & ſapiẽtiam (quibus tum oẽs terrę nationes facile anteibãt) perciperẽt tranſire: vt Orpheus, poëtaq; Homerus, Muſeus, Melampodes, Dædalus, Lycurgus, Spartanus: de inceps Solon Athenienſis, Plato philoſophus, ac Samius Pythagoras, & huius diſcipulus Salmo xis, Eudoxus quoq; mathematicus, Democritus Abderites, & Inopides Chius, Moſes Hebræus, atq; alij multi, vt ĩ ſacris eorũ libris cõtineri Ægy ptij ſacerdotes gloriãtur: Libet, cõueniens etiam eſſe mihi videtur, illorũ viuẽdi ritibus diutius im morari, vt cognoſcatur quid & quę quiſq; illorũ

Mutua adoratio in viis

Lanearum veſtium cõtemptus.

ab his

ab his acceperit,atque aliô tranſportarit. Nam vt Philippus Beroaldus ſuper Apuleianum Aſinum ſcribit,pleraq; etiã ex Ægyptiorũ religione tranſlata in religionem noſtrã ſunt,vt lineæ veſtes,deraſa ſacerdotũ capita, vertigines in altari, pompa ſacrificalis,muſicę modulamina,adorationes, preces,aliaq; id genus cõplura. Ægyptij reges(vt ſcribit Diodorus Siculus libro ſecũdo)vitam nõ alio rum regnantium more,quibus voluntas pro lege eſt,traducebãt licentia.Sed legum inſtituta in cogendis pecuniis quotidianoq; victu ſequebãtur. Eorũ cultui obſequioq; nullus deputatus erat,neque emptitius,neq; domo genitus ſeruus,ſed nobilium ſacerdotũ filij,tum vltra viginti annos nati,tum doctrina præ cęteris eruditi,vt horum corporis miniſtrorum die noctuq; aſtantium conſpectu motus Rex,nil turpe cõmitteret. Raro enim potentes rerum mali euadunt,vbi deſunt ſuarũ cupiditatũ miniſtri. Inſtitutę erant diei noctiſq; horæ quibus Regi lege permiſſa agere fas erat. Mane ſurgentẽ Regem primo epiſtolas omnes miſſas capere oportebat,vt cognitis his quę ſibi agẽda eſſent reſpõſo dato, ſingula in tempore exq; ordine recte agerentur. His actis quum in virorum excellentium cœtu lauiſſet corpus, veſtem præclaram indutus ſacra diis faciebat. Mos erat ſacerdotum principi iuxta aram hoſtiis deductis,aſtante Rege, magna voce audiente populo valetudinem proſperã omniaq; bona precari,Regi iuſtitiam in ſubditos colenti: narrare inſuper particulatim regis virtutes, in deos pietatẽ ac religionem, in homines humanitatem ſeruantis,tum illum cõtinẽtem dicere, iuſtum, magniq; animi,veracem, liberalem, omneſq; frenãtem cupiditates, pœnas inſuper mitiores q̃ poſtularẽt errãtis crimina exi-

Chriſtiana noſtra religio pleraq; ab Ægyptiis mutuata.

Regũ Ægyptiorum ieruos quales oportebat eſſe.

Mos laudãdi Reges in templis obſeruatus.

gentem, reddentē verò gratiam meritis amplio-rem: plura his ſimilia orans, tandem his execratio-nem in malos exequebatur. Tum Regem culpa purgans, omne crimen in miniſtros, qui Regi ini-qua ſuaderent cōiiciebat. Quibus actis ſacerdos & Regem ad felicē diiſq; gratā vitā hortabatur, & ſimul ad bonos mores, agendūq; non quę ſua-derent mali, ſed quę ad laudem & virtutem maxi me pertinerent. Demum quum Rex tauro diis ſa-cra feciſſet, Sacerdos quædā ex ſacris libris clariſ-ſimorum virorum conſilia actaq; proferebat, qui-bus Rex monitus Imperio pie ac iuſte aliorū ex-emplo vteretur. Non autem pecuniis congregan dis vacandi, iudicandiq; legibus ſolum antiquis, ſed deambulandi quoque lauandiq;, & cum vxo-re cubandi, omniſq; degendę vitæ tempus erat le ge præſtitutū. Cibo veſcebantur ſimplici, vt quo rum menſæ nihil prҫter vitulū & anſerem inferre tur: vini potādi certa ſtatuta erat menſura, qua ne que farciri ventrem, neq; inebriari poſſent. Deni-que ipſorum vita ea tenebatur modeſtia, vt non à legiſlatore, ſed à peritiſſimo medico ad conſeruan-dam ſanitatem compoſita videretur: Mirabile vi detur Aegypti non ex voluntate, ſed ex lege vitā priuatam agere: ſed multo eſt mirabilius illis, ne-que iudicandi, neque pecuniam congregandi, ne-que puniendi quenquam per ſuperbiam aut iram aut aliam iniuſtam ob cauſſam, licentiam permiſ-ſam. Sed veluti priuatos teneri legibus: neque id ægre ferebāt, exiſtimantes parendo legibus ſe bea tos fore. Nam ab his qui ſuis indulgerent cupidi-tatibus, multa cenſebant fieri quibus damna peri culaq; ſubirent: Scientes enim ſæpius ſe peccare, tamen aut amore, aut odio, aut alio animi morbo victi nihilominus aberrēt. Qui verò ſapientia cō-

Criminum regis expurgatio.

Cibo ſimplici Aegyptij veſcebantur.

filioq; vitam inſtituunt, in paucis offendunt. Hac vſi erga ſubditos iuſtitia, Reges oĩm beneuolentiam adeò aſſequuti ſunt, vt non ſolum ſacerdotibus, ſed ſingulis Ægyptiis maior Regis q̃ vxorũ filiorumq; aut aliorum principum, ſalutis ineſſet cura. Vita verò his moribus defunctum, omnes communi mœſtitia lugent, veſtes lacerãt, templis clauſis forum non frequentant, feſta ſolennia non agunt, dies ſeptuaginta duos luto deturpantes capita, ac ſindone ſubtus mammas cincti, vnà viri mulieresq; ducenti fermè aut trecenti circumambulant bis in die nouantes luctũ, atque ad numerum cũ cantu virtutes Regis commemorantes. Cibis animãtium, coctisq; ac vino, omniq; menſæ apparatu abſtinent. Non lauacris, non vnguentis, non ſtratis lectis, non venereis vtũtur: ſed tanquam defuncto filio per eos dies mœrẽtes lugent Hoc tempore quę ad pompã funeris ſpectãt præparatis, poſtremo die corpus in arca conditum ante ſepulchri aditũ ponunt. Ibi breuiarium in vita ab Rege geſtorum de more recitant, volentique facultas datur defunctũ accuſandi. Aſtant ſacerdotes, mortui recte facta laudantes: populus is permagnus eſt, qui exequias circũſtat applaudẽs veris laudibus, in reliquis magno reclamans tumultu. Quo accidit vt plures reges repugnante multitudine, ſolito caruerint ſepulchri honore ac magnificẽtia. Is timor coëgit Ægypti reges iuſte viuere, veritos futurã poſt mortem plebis iram atq; odium ſempiternum. Antiquorũ Regum viuendi mos hic maxime fuit. Ægypto omni in plures partes, quarum quælibet Græco verbo νομὸς appellabatur, diuiſa: cuilibet prætor aderat, q omnium haberet curam. Aegypti vectigalibus trifariam partitis, priorem portionẽ percipit colle-

Salus regis oĩbus curæ.

Luctus in regum morte publicus.

Aegyptiorum regum funeratio.

Quid coëgerit Aegypti reges iuſtę viuere.

Aegypti veteris adminiſtratio.

gium ſacerdotũ magna apud incolas autoritate: tum propter deorum curam, tum propter doctrinam qua plures erudiuntur. Hanc partem tum ad ſacrificiorum miniſteria, tum ad priuatæ vitæ cõmoda impertiũt: neque enim deorum cultum omittendũ putant, neque publici conſilij vtilitatiſq; miniſtris æquum cenſent vitę commoda de eſſe. Adſunt enim grauibus in rebus hi ſemper cõ ſilio atq; opere regibus, tum aſtrorũ peritia, tum verò ſacrificiis futura prędicentes. Ex libris præterea ſacris priorũ geſta referunt, quibus Reges in agendis noſcant quæ ſint profutura. Non enim, quemadmodũ apud Græcos, vnus homo aut vnica mulier ſacris præeſt, ſed plures in cultu deorum honoreq; verſantur, qui eandem ſacrorũ curam filiis tradũt. Hi oẽs immunes ſunt, ſecundũq; poſt Reges honoris dignitatiſq; locum tenent. Altera portio ad reges peruenit, quã & ad bella & ad vitæ cultũ, tum ad liberalitatem erga ſtrẽnuos viros pro meritis impendũt. Qua ex re fit vt populares nullo grauẽtur tributo. Tertiam percipiunt milites & qui belli ſunt inſtituti miniſterio, vt hoc ſtipendio accepto paratiorẽ habeant animũ ad bellorum pericula obeunda. Eſt inſuper eorũ politia in tria hominũ genera inſtituta: Agricolarũ, paſtorũ & opificum. Agricolæ parua quadam mercede à ſacerdotibus regeq; aut militibus agros mercati, per omnem ętatem ab ipſa pueritia rei ruſticę ſine intermiſſione vacant: quo fit, vt agricultura cæteris, tum ob doctrinam à parẽtibus perceptã, tum ob continuum vſum præſtent. Eodem modo & paſtores cura atq; arte regendi pecoris à patribus accepta, ſemper in eo gubernando ætatem agunt. Artes quoque apud Aegyptios admodum excultas videmus, & ad ſummum perductas.

[Margin: ...olitia ægy...tiorum in ...riplici ho...minũ gene...re conſiſte...at.]

[Margin: Agricolæ]

[Margin: Paſtores.]

Nam

Nam ſoli Ægyptij opifices,omiſſa rerum publica rum cura,nullum niſi aut legibus permiſſum , aut à patre traditum opus exercent:vt neq; eos docentis inuidia,neq; ciuile odium,neq; aliud quid ab inſtituto impediat exercitio. Iudicia verò eorum non caſu fiebant,ſed ratione:exiſtimabant enim rite facta plurimū vitæ mortalium prodeſſe.Nā punire nocentes,auxiliū ferre oppreſſis,optimam ad prohibenda mala facinora viam putant.Pœnā verò delicti aut pecunia aut gratia tolli, exiſtimabāt confuſionem vitæ communis fore.Quamobrē ex ciuitatibus clarioribus vt Heliopoli Mēphi Thebis viros optimos eligebant,quos iudiciis præficerent:qui iudicum conſeſſus,neq; Athenarū Areopagitis,nec Lacedęmoniorum ſenatui longo tēpore poſteà inſtitutis cedere videbantur.Poſtq̄ hi conuenerant triginta numero,inter ſe eligebāt optimū virum,quem iudicij principē conſtituebāt, in locum cuius ciuitas alium iudicē ſubſtituebat: his omnibus victus,ſed principi opulentior à Rege dabatur:is aurea catena ſignum variis ornatum lapidibus à collo ſuſpenſum,quod appellabant veritatem,geſtabat.Cœptis iudicijs ac ſigno veritatis à principe iudicum propoſito,omnibusq; legibus,quę octo libris continebantur in medio eorū conſtitutis.Mos erat accuſatorem ſcribere ea, in quibus alium accuſabat,modumq; patratæ iniuriæ,aut damni facti,quanti eam extimaret ſcribere.Reo tempus dabatur reſcribendi ad ſingula: & aut ſe id non feciſſe,aut rectè feciſſe purgandi, aut iniuriam vel damnum minoris extimādi.Rurſus accuſatori reoq; inuicem reſpondendi locus erat.Ita bis auditis litigatoribus,quum iudices de controuerſia quęſiuiſſent, princeps ſigno veritatis in partem veriorem verſo,ſententiam ferebat:

Opifices.

Iudicia Ægyptiorū non caſu, ſed ratiōe.

Iudicū electio.

Iudicibus Ægyptiorū victus à Rege dabatur.

Veritas inſigne iudicium principis.

hic mos iudiciorum erat. Quoniam de legum inſtitutione mentio incidit, haud alienum ab inſtituto erit, antiquas Ægyptiorum leges etiam referre, quo cognoſcatur, quantum cæteris prȩſtent, & rerum ordine, & vtilitate. Primum periuri capite mulctabantur, tanquàm qui duplici tenerētur ſcelere: vt qui & pietatem in deos violarent, & fidē inter homines tollerent, maximum ſocietatis vinculum humanæ. Si quis iter faciens áut hominem à latronibus cædi comperiret, aut quamlibet iniuriam perpeti, necq; ſubueniret auxilio (ſi poſſet) mortis erat reus: Si auxilium ferre non poſſet, denunciare latrones tenebatur, & iniuriam accuſatione proſequi: qui ea negligebat, plagis ad certum numerum plectebatur, triduoq; carebat cibo. Falſo quempiam accuſans, ſi poſtmodum ad iudiciū delatus foret, pœnam calumniatoribus ſtatutam ſubibat. Cogebantur Ægyptij omnes ſcripta nomina ſua ad præſides, & ſimul quo exercitio viuerēt deferre: qua in re ſi quis mentiretur, aut ſi iniuſto viueret quæſtu, in mortis incidebat pœnam Si quis ſponte aut liberum aut ſeruum occidiſſet, morte damnare leges iubebant: quæ non fortunæ conditionem, ſed conſilium facti pendentes, homines à ſceleribus deterrebant, & ſimul vindicata ſerui morte reddebantur liberi ſecuriores. Patribus qui filios occiderent, non erat pœna mortis indicta, ſed tribus diebus noctibusq; continuis edictum vt circa defuncti corpus aſſiſteret publica etiam cuſtodia aſtante: Non enim iuſtum putabant, eum vita priuari, qui vitæ filijs autor fuiſſet: ſed potius continuo dolore factiq; pœnitentia affligi, quò cȩteri ab ſimili facto auerterētur. Parricidis exquiſitam impoſuerunt pœnam. Nā articulatim prȩacutis calamis cæſos iubebant viuos ſupra

Periuriū capitale fuit apud Ægyptios.

Homicidium morte inhibitum

Lex alia in parētes qui liberos occiderent.

Lex in parricidas atrociſſima.

pra ſpinarum aceruum comburi: maximum inter mortales iudicantes ſcelus, ei mortem per vim inferre, à quo vitã accepiſſet. Mulierum morti deſtinatarũ ſi pręgnãtes eſſent, partus expectabatur: exiſtimantes penitus iniquũ eſſe, eum, qui nihil commiſiſſet, vnà cum facinoroſo pœnam pati: aut duos plecti, quum vnus deliquiſſet. In bellis qui aut ordinem reliquiſſent, aut non parêrent ducibus, non plectebãtur morte, ſed maxima omnium ignominia: qua poſtmodo virtute & rectè factis deleta, ad priorem ſtatum redirent. Ea lex & homines aſſuefaciebat, vt id dedecus peſſimum malum morteq; ipſa grauius cenſerent. His qui ſecreta hoſtibus reuelaſſent linguam lex iubebat abſcindi.

Lex caſtrẽſis ignominioſa.

Ei qui monetam circuncideret, aut adulterinã cuderet, aut pondus vel ſigna immutaret, aut literis inſcriberet, aut de ſcripto demeret, aut falſas ſyngraphas afferret: ambę amputabãtur manus, vt quę corporis pars peccaſſet, per vniuerſam vitam lueret pœnã. Cęteri quoq; aliorũ calamitate moniti: ab ſimili ſcelere abſtinerent. Aſperę etiam pœnæ circa mulierum delicta ſtatutę erant. Nam ei, qui mulierem liberam violaſſet, virilia execabantur: quoniam vno crimine tria haud parua ſcelera complexus eſſet: iniuriam, corruptelam, & liberorum confuſionem. In adulterio ſpontaneo deprehẽſus, virgis cędebatur ad mille plagas, mulier naſo mutilabatur. Quo dedecore vultus maculatus ea mulctaretur parte, qua maximè facies exornatur. Legum quę ad hominum cõmercia pertinent Bocchoridem latorem fuiſſe ſcribunt. Hæ mandãt creditis abſq; ſcriptura mutuo pecuniis, ſi negarentur, ſtari debitoris iuramento: vt quę iuſiurãdum veluti religioſam rem magni extimarent. Nam quum certum ſit iis, qui ſępius iurant, abrogari

Lex in monetarũ falſarios.

Lex in mœchos.

Lex ĩ adulteros & adulteras.

Bocchorides legislator.

fidẽ

Ad iuramẽ ũ raro de-cendendũ

fidem: plurimi ducunt, ne boniviri nomen amitta tur, raro ad iuramentum deſcendere. Legis inlu per lator omnem fidem in virtute conſtituens, bo nis moribus iudicauit aſſueſieri homines ad pro bitatem, ne indigni fide viderẽtur, debere. Iniquũ etiam putauit eis, quibus abſq; iuramento credi ta pecunia eſſet, de re ſua iurantibus non præſtari fi dem.

.ex fœne-atoribus ata.

Fœnus quod ex ſcripto contrahebatur, pro hibuit vltra contracti mutui duplum exigi: ſolu tio ex bonis debitoris ſolum fiebat. Corpus non poterat addici creditori: putabat enim oportere bona tantum ſubdita eſſe debitis. Corpora, quo rũ opera & bello & pace vterẽtur, ciuitatibus ad dicta eſſe. Non enim æquum videbatur milites, q̃ pro patriç ſalute pericula ſubirent, pro vſuris in carcerem duci: quã etiam legem Solon videtur ad Athenienſes tranſtuliſſe: quã Siſateam appellauit: decernens ne ob vſuras ciuium corpora necteren tur.

ex de fur admirã-.

Lex priuatim prçterea de furibus apud ſolos Ægyptios hçc erat. Iubebat eos qui furari vole bant nomen ſuum apud principem ſacerdotũ ſcri bere, atq; eueſtigio furtum ad eum deferre, ſimili ter quibus res furto erepta erat, ad eundem rei ſub latæ tempus diem & horã ſcribere tenebãtur. Hoc modo facilè inuento furto, qui rem amiſiſſet, quar ta mulctabatur parte, quç daretur furi: ſatius legis lator eſſe duxit, quũ impoſſibile eſſet, prohiberi furta, alicuius portionis, q̃ totius rei amiſſæ homi nes iacturam pati.

atrimo-a.

Nuptiarum non idẽ apud Ægy ptios mos eſt. Sacerdotibus vnam tantum vxorẽ ducere licet. Reliqui pro voluntate & facultatib9 plures habent. Nullus ex eis nec ex ſerua quidem empta genitus ſpurius habetur. Solum enim pa trem exiſtimant generis auctorem, matrẽ & nutri mentum & locum infanti præbere. Natos adeò

parua

parua educant faciliq; impenſa,vt vix credi poſſit Nam tum ſcirporũ,tum aliis radicibus, quas ſub cineribus coquũt,tum caulibus paluſtribus,quas partim coctas,partim aſſas igni,partim crudas ꝓ cibo prębent,liberos nutriunt:diſcalciati nudique maiori ex parte ob patrię temperiem vitã ducũt. Omnis ſumptus in pueros,quouſq; ad ætatẽ perueniant,à parentibus impenſus non excedit dragmas viginti. Erudiunt ſacerdotes filios & literis, quę appellantur ſacrę,& aliis quę ad cõmunẽ ſpectant doctrinam,vt plurimum Geometrię,Arithmeticęq; ſtudio intenti. Paleſtrę aut Muſicę nõ vacant,exiſtimantes quotidianum illius exercitium iunioribus infirmũ eſſe,& periculoſum. Ex eoq; breuiores vires effici. Muſicam non ſolum inutilẽ, ſed nocuam ducunt,tanq̃ virorum animos effœminantem. Morbos vel ieiunio curant,vel vomitu: idq; aut quotidie,aut tribus diebus aut quatuor interiectis:aſſerunt enim ex ciborum ſuperfluitate omnes creari morbos:eam ergo ad valetudinẽ curam eſſe optimã,quę morborum principia auferat. In militiam aut peregrinationẽ profecti,nulla impenſa mercede curantur. Medici enim ex publico victum ſumunt,ægros ſecundum legem curant ab antiquis medicis comprobatiſq; ſcriptoribus traditam. Si quis normam ſacri libri ſequutus infirmũ curare nequiuerit, omni caret crimine:ſi pręter ea,q̃ quę libris continentur,illum curauerit morte punitur. Credidit enim legislator ea medendi cura,quę plurimo tẽpore ab antiquis medicis obſeruata profectaq; ſit,haud facilè meliorẽ reperiri poſſe. Colunt Ægyptij animantia quędã pręter modum non ſolum viua,ſed etiã mortua: ſicut Felem,Icneumonas,Canes,Accipitres, Ibides,Lupos,Crocodillos,& eiuſmodi plura. Nõ ſolũ

Puerorum educatio et impẽſa modica.

Muſica dãnatur ab Ægyptiis.

Morbos ęgyptij vomitu curãt aut ieiunio.

Medici Ægyptiorũ.

Variorum animaliũ cultura portẽtoſa.

ſolũ horum cultũ palàm profiteri non erubeſcũt, ſed tanq̃ in honoribus deorum effuſi, id laudi ſibi & decori ducunt. Quũq; ſignis illorũ proprijs vrbes, & varia loca circumeant procul oſtẽtantes, q̃ ſeruent animalia, ea more ſupplicũ ſinguli venerãtur. Quũ aliquod eorum moritur ſindone cõtectũ cum vlulatu pectus percutiẽtes ſale liniunt: ac Cedri liquore vnguẽtisq; odoriferis, quò diutius ſeruetur corpus vnctum in ſacris locis ſepeliunt. Si quis aliquod horum animalium ſpontè occiderit morte damnatur, Æluro & Ibide exceptis, quos ſi quis ſponte vel ſecus occiderit, interficitur accurrente turba, & abſq; iudicio hominem varijs ſupplicijs adfectum interficiunt. Quo timore, qui hos mortuos conſpexit, procul aſtans, lamentatur, teſtificans animal abſq; ſua culpa mortuum eſſe. Nutriuntur hęc animalia ſumma cura atq; impẽſa in templorum ambitu à viris haud quaquàm contẽnendis, quę ſimilagine & alica varijsq; epulis lacte conditis cibant: anſeres tum elixos, tum aſſatos apponunt quotidie. His, quę cruda edũt, aues captas prębent, deniq; ea omnia magna ſuſtentãt cura atq; ſumptu. Eorum mortem æquè ac filiorum lugent ſepeliuntq; ſumptuoſius, q̃ eorum facultas ferat, ita, vt Ptolemęo Lago Ægyptum tenente, quum bos in Memphi ex ſenecta mortuus eſſet, qui illius nutriendi curam ceperat, pecuniã, quæ in eius ſumptu data erat permagnam, ac inſuper quinquaginta talenta argenti mutuo à Ptholemæo ſumpta, in eius ſepulturam impendit. Videbuntur forſitan hæc, quę diximus miranda, ſed nequaquàm minus admirabitur quis, ſi qd apud quoſq; Ægyptios fit, conſyderet in funere mortuorũ. Nã vbi aliquis defunctus eſt, propinqui omnes amici, qui de turpato luto capite lugẽtes ciuitatẽ

Ibidẽ vel felem apud Ægyptios interficiẽs interficitur

Aĩalia in tẽplis ſplẽdide nutriuntur.

Apis, bos mortuus maximo ſumptu ſepultus.

Mortuorũ funeratio apud Ægyptios admirãda.

tate,quoad mortuus ſepeliatur,circũeunt.Interim neq; lauantur,neq; vinũ capiũt,aut cibum niſi vilem,neq; veſtibus vtuntur ſplendidis.Sepulchrorũ tres habent ſpecies,ſumptuoſas,mediocres, & humiles.In prima argenti talentum exponunt. In ſecunda minas viginti.In vltima parũ quid ſumptus irrogatur.Qui funera mortuorũ curant,eo exercitio à maioribus tradito funeris impẽſam domeſticis deſcriptã ferũt,ſcrutantes quãti velint celebrari funus:conuentione facta,corpus eis traditur,vt iuxta impenſam curetur funus.Primus grãmaticus(ita enim appellatur)poſito humi corpore,circa ilia deſcribit,quantum à ſiniſtra parte incidatur:deinde qui dicitur ſciſſor habens lapidem æthiopicum,quantum lex finit latus aperit, ſubitoq; curſu à proſequentibus,qui aſtant, lapideſq; cũ execratione in eũ iacientibus fugit. Exiſtimãt enim odiũ inhęrere,q̃cũq; amici corpus vulnere illato violarit.Curatores verò corporis,hos ſalitores appellant,honore digni exiſtimationeq; habentur,Vtuntur enim ſacerdotibus templaq; pariter ingrediuntur.His penes cadaueraſtantibus, vnus per ſciſſuram corporis interiora, præter renes & cor,ducit.Quæ ſingula alter vino phœniceo ex rebus odoriferis lauat:deinde corpus totũ primũ ex cedro,tum alijs precioſis vnguẽtis vngũt dies amplius triginta.Myrrha deinde ac cinnamomo,cęteriſq; rebus liniunt,quę non ſolum id ſeruare diutine,ſed odoriferum reddere queãt. Curatum cadauer cognatis tradunt defuncti. Ita ſingulis eius partibus etiam ſuperciliorum palpebrarumq; pilis integrè ſeruatis,vt omnis corporis ſpecies dormientis more integra perduret.Anteq̃ ſepeliatur corpus pręđicitur à cognatis tũ iudicibus,tum defuncti amicis ſepulturæ dies, afferentes

rentes illum mortuum paludem tranſiturũ. Aſtantibus iudicibus amplius quadraginta numero, ſedentibusq́ in pręparato vltra ſtagnum Hemicyclio, trahitur nauis ad id compoſita ab his, quibus ea cura iniuncta eſt, tum anteq̃ corpus in arcã condatur permittitur lege volenti accuſare mortuum Si quis probatur malè vixiſſe, Iudices ſententiã ferunt, qua cenſent corpus eius ſepulchro priuandũ. Qui deprehenditur iniuſtè crimẽ obieciſſe, magna mulctatur pęna. Quum deeſt accuſator, aut per calumniam accuſatum conſtat, cognati finito luctu, ad laudes mortui vertũtur, nil de genere eius, ſicut Græci conſueuerunt, narrantes. Exiſtimant enim ſe omnes Ægyptij pariter nobiles eſſe, ſed ordientes à pueritia, in qua vitæ inſtitutionem, eruditionemq́ recenſent, ad viri ætatem deſcendunt, eius erga deos religionem, iuſtitiam, continentiã, virtutesq́ cęteras cõmemorantes: inuocatis verò inferis diis, precantur, vt eum inter pios locent: ad quæ verba omnis multitudo correſpondet, gloriam mortui extollens, tanq̃ apud inferos cum beatis ſemper futuri. Sepeliunt poſteà quiq́ ſuos, hi in proprijs ſepulchris, hi quibus ea deſunt domi apud firmiorem parietẽ arca corporis erecta. Qui verò crimine aliquo aut fœnore ſepultura prohibentur, domi abſq́ arca ponuntur. Quos poſteri ditiores facti, ac debita crimina ſoluentes honorificè ſepeliunt. Mos eſt apud eos defunctorum parentum corpora dare in pignus creditori. Summa illos, qui non redimunt, ſequitur infamia, & ſepultura carent. Mirabitur quis merito eos, qui hęc inſtituerunt, non ſolum quæ ad viuẽtium mores ſpectarent proſequutos, ſed etiã quę ad mortuorum ſepulchra cultũq́ pertinerẽt. Adeò hoc pacto ad bonos mores quantũ fieri poſſet componi vitã

Defunctorum vita apud Ægyptios iudicio diſcutitur.

Defunctorũ parentũ corpora creditoribus oppignerantur.

hominũ

hominum exiſtimabant. Græci ſanè, qui fictis fabulis, ac poëtarum dictis fidem excedentibus de piorũ meritis malorũq; pœna tradiderũt, nequaq̃ potuerunt ſuis ſcriptis traducere homines ad virtutem. Qui econtrà potius deriſi contemptiq; ſunt ab improbis. Apud Ægyptios verò nõ fabulis, ſed viſu, impijs pœna, iuſtis laus impartita. Singulis diebus vtroſq; eorum, quę vitę vtilia exiſtãt admonẽt: quum videant cuiq; pro his, quæ egit debiti pręmij memoriã impẽdi. Qua ex cauſſa ad meliorem ſinguli vertuntur viuendi normã. Eas enim optimas eſſe leges putandũ eſt, quibus non diuites, ſed honeſti prudentesq; homines fiant, Et hęc de Ægyptiis: nũc de reliquis Aphricę populis.

## DE POENIS ET CÆTEris Aphricæ populis.

### CAPVT VI.

POenorũ multę ſunt & varię nationes, Adrimachidæ Ægyptũ verſus ſiti eiſdẽ quibus Ægyptij moribus vtũtur. Veſtẽ geſtant qualem & alij Pœni, vxores eorum in vtroq; crure armillam ęream habent: capitis comam nutriunt: pedunculos ſuos, quos quiſq; capit, pręmordet, atq; ita abiicit quod iſti tantum ex omnibus Pœnis factitãt, Soliq; virgines nupturas regi exhibent, quę illi placida fuerit eam deuirginat. Naſamones grãdis & dira natio, nauium ſyrtibus inuolutarum ſpoliatores: ſub æſtatem relictis ad mare pecoribus deſcendunt ad locum augilem decerpturi palmulas, quæ ibi permultæ & ſpecioſę ſunt, & fructiferæ omnes. Ex quibus ibi palmulas immaturas decerpſerunt, ad ſolem ſiccantes maturefaciunt: deinde lacte maceratas ſorbillant. Vxores plures ſinguli è conſuetudine habent, & cum his in propatulo coëunt, eodem penè, quo & Maſſagetę modo: niſi quòd

Nuptur̨ę regi deuirginãdę exhibentur.

Naſamones nauiũ expoliatores.

Sponſa apud Naſamones à ſingulis cõuiuis cognoſcitur.

ſi quòd hi prius ſcipionem prętendant. Mos etiã Naſamonibus eſt, quum quis primũ ducit vxorẽ vt ſponſa ſingulos conuiuas adeat veneris gratia: & vt quiſq; cum ea concubuit, donum det illi, q̃d ſecum habet domo adlatum. Iureiurando ac diuinatione tali vtuntur per eos viros, qui iuſtiſſimi atq; optimi apud illos fuiſſe dicuntur: iurant illorum ſepulchra tangentes, diuinant ad ſuorum accedentes monumẽta: & illi vbi preces peregerint indormiunt: vbi quodq; per quietem inſomniũ viderunt, eo vtuntur. Fidei dandę cõſuetudo hęc eſt: de manu alterius vterq; ſumpto inuicẽ poculo bibit: quòd ſi nihil humoris habuerint ſumptũ è terra cinerẽ lingunt. Garamantes omnium hominum cõmercia aſpectumq; refugiunt, nihil bellicę armaturæ habentes, nec defendere quidẽ ſeſe audẽtes, ſupra Naſamones incolunt. Circa maritima verò occaſum verſus his Macæ confines ſunt: qui ſummum capitis verticem radunt in medio capillos creſcere ſinentes, hinc atq; hinc in orbem tondentes. In bellum ſubterraneorum ſtruthionum pelles pro argumento ferunt Gnidanes Macis cõtermini: quorum mulieres fimbrias pelliceas ferũt, ſingulę multas: ob hoc (vt memoratur) quòd vt à quoq; viro venerem paſſa eſt, fimbriam orat: & vt quæq; plurimas habet, ita pręclariſſima cenſetur, tanquàm à pluribus viris adamata. Machlyes circa paludem Tritonidem habitantes occiput crinitum geſtant. Auſes verò anteriorem capitis partem. Horum virgines anniuerſario Mineruæ feſto in honorem ipſius Deæ indignè inter ſe biſariam diuiſæ prçliantur lapidibus fuſtibusq;, dicentes ſe morem patrium ſeruare ei, quam Mineruam dicimus, & quę virgines ex vulneribus decedunt eas falſas virgines appellant: ſed priuſquàm à pugnando

Garamantes hoĩm cõmercia fugiunt.

Fidei dãdæ cõſuetudo.

Fimbria Veneris preciũ

Virginũ decertatio in Mineruę feſto.

naſcendo deſiſtunt, hoc faciunt: quę virgo in pugnā optimam operam nauauit, eam ſemper cōmuni ſenſu cæterę virgines exornant: tum cętera armatura Græca, tum criſta Corinthia, & currui impoſitam circa paludem circumferunt. Iidem promiſcuè cum mulieribus non vna habitantes: ſed pecudum more concubunt: vbi apud mulierem puer robuſtus eſt factus, apud quem virum habitare ſuſtinet (nam tertio quoq; menſe viri conueniūt) eius filius cenſetur. Atlantes à monte Atlante, iuxta quem habitant, appellati, ἀνώνυμοι ſunt, id eſt, nomen proprium ſinguli non habent, Solem tranſcendentem execrantur, eiq; propterea omnia conuitia ingerunt, quòd torridus & ipſos & regionē perdat: nullo animante veſcuntur, nec ſomnia vlla cernunt. Paſtoricij Aphri carne & lacte victitant, nihil vaccinum guſtantes, quia nec Ægyptij ſuem guſtant, nec vaccam alunt, nec Cyrenæ fœminæ ferire eas ſibi fas putant, ob Iſidem, quæ in Ægypto eſt: cui & ieiunia, & dies feſtos agunt ſtudioſè. At mulieres Barceæ non modo guſtu vaccinæ carnis ſed etiam ſuillæ abſtinent, filij ipſorum vbi quadrimi effecti ſunt, venas verticis quidam etiam temporum illorum lana ſuccida inurunt, ob eam cauſſam, ne vllo vnquàm tempore pituita officiat è capite defluens: eaq; de re, ſe aiunt eſſe optima valetudine. Eo modo ſacrificant: vbi pro primitijs pecudis aurem præciderunt, eam ſupra domum abiiciunt, hoc acto, ceruicem eius auertunt. Solis omnium deorum immolant ſoli & lunæ. Defunctos, vt Græci, ſepeliunt omnes Aphri, præter Naſamones, qui illos ſedentes ſepeliunt, obſeruantes, vt dum quis cœpit agere animam, eum ſedentem conſtituant, ne ſupinus expiret. Domicilia eorum ſunt virgultis compacta ſuſpenſis

*Sacrificandi ritus.*

*Sepeliendi ritus.*

circa lētiſcos: & ea quoquo verſus verſatilia. Maxies dexteram capitis partem comatam geſtant, ſiniſtram radunt, corpus minio tingunt, aſſerentes ſe à Troianis eſſe oriundos. Zabicum Maxibus confinium fœminę aurigantur currus in bellum. Zigantes (vbi magnam vim mellis apes conficiunt, ſed multo plus opifices viri facere dicuntur) omnes minio inficiuntur, ac ſimijs veſcuntur, quarum affatim gignitur ijs, qui in mōtibus degunt. Hi omnes Libyci vita ſylueſtri ſub diuo, vt plurimum habitant, victu (ferarum more) contenti, nil domeſticum edunt: nullis veſtibus, pręter caprarum pellibus, tegunt corpora. Potentiores inter eos, nullas habent ciuitates, ſed turres aquis proximas, condentes in eis, quæ vſui ſuperſunt. Subditos populos ſingulis annis adiurant, vt principi pareant, obtemperantes, vt ſocios diligant: abnuentes imperium, vt latrones perſequantur. Eorū arma ſunt & regioni & moribus congrua. Nam quum ſint corporibus leues, patria verò vt plurimum plana, neq; enſe, neq; gladiis, neq; armis vtūtur in bello. Tris tantum ferunt haſtas, lapidesq; in vaſis ex corio factis delectos, cum his certantes tum in congreſſu, tum etiam receſſu: primo ferire hoſtem conantur ad curſum, lapides rectè iaciendos longo vſu edocti. Erga externos nullū ius, nullamq; ſeruāt fidem. Troglodytæ (qui & à Grę cis, quòd ex pecoribus viuant, paſtores appellantur) Æthiopiæ populi cœtus ac tyrannos inter ſe conſtituunt. Vxores ac filios habent communes, excepto (qui vnicam tenet) tyranno. Huic appropinquanti mulctam tyrannus irrogat certo pecudum numero. Etheſiarum tempore, quo maximi decidunt imbres, ſanguine & lacte immixtis paulūq; coctis nutriuntur. Æſtu ſolis deficientibus paſcuis

*Libycarū gētium vita.*

*Belligerandi ritus.*

*Troglodytæ qui etiā paſtores dicuntur.*

*Etheſiarū, id eſt, vētorū qui. xl. dies poſt caniculę exortū ꝓflant*

ſcuis

ſcuis ad loca declinant paluſtria,pro quibus ſolis
nuicem certant.Pecora vetuſta aut in morbos ca
lentia occidunt,exceptis his per omne viuunt tẽpus.
Parentũ nomina minimè indiderunt filiis,ſed tau
i,arietis,ouis.Et hos quidem patres,hos matres:
quoniam ab his, non à parentibus quotidianus
prębeatur cibus,appellant. Vtuntur potu Idiotæ
Paliuri arboris ſucco,potentiores ex quodam flo-
re expreſſo,qui eſt deterrimo noſtro muſto perſi-
milis.Armentorum greges ſecum ducentes vari-
is,ne iiſdem in locis morentur diutius,regiones
mutant.Corpora,pręter virilia,quę pellibus tegũ
tur,nudi.Pudenda Troglodytæ omnes velut Æ-
gyptij circumcidunt,his demptis,quos à caſu clau
los appellant.Hi ſoli intra regionem heſternorum
habitantes ab infantia non nouacula inciduntur.
Arma ferunt Troglodytę ij,quos dicunt Mega-
ares:ſcutum ex corio crudo bouis, rotundũ, &
erratam clauam:alij arcus lanceasque. Sepulchra ni
hili penitus curãt:nam paliuri viminibus corpus
igantes defuncti ceruicem cruribus applicant,de-
nde cadauer in loco editiori poſitum lapidibus ri
lentes obruunt,impoſitoque ſupra ſaxorum aceruũ
capræ cornu abeunt nullo dolore moti. Bellantur
nuicem non vt Græci,ob iram,aut ambitionem,
ſed pabuli gratia:In eorum concertationibus pri-
mum iactis lapidibus,quoad aliqui vulnerantur
concertant: tum arcu quo admodum exercitati
ſunt pugnantes mutuis vulneribus cadunt.Ea cer
tamina dirimunt,quæ ætate præcedunt fœminæ:
quibus nullo periculo in medium prodeuntibus
(nefas eſt enim has vllo pacto lædere) extemplo à
certamine ceſſant,Inualidi ob ſenium armenta ſe-
qui,gutture bouis cauda adſtricto vitam finiunt.
Qui mortem differt, licet volentem eodem mo-

Certamina fœminę dirimunt.

do(admonitum tamen anteà) vita priuare: ibiq
habetur beneficij loco. Febricitãtes item, aut mo:
bo incurabili correptos, ſimili adficiũt morte. Ma
ximum arbitrantur malorum, ab eo vitam diligi
qui nequeat aliquid agere dignum vita. Herodo
tus ſcribit: Troglodytas ſpecus in quibus habitã
excauare, nullo habẽdi diuitias deſyderio teneri
quum paupertati ſe voluntariè addicarint: tãtun
lapide vno gloriari, quem Exaconthalitum nom
namus: Serpentum carnibus veſci, Sermonis ac
hęc ignaros eſſe, & propter hoc ſtridere magis q
loqui. Alia in Æthiopia, quę ſupra Ægyptum eſt
habitat gens, Rizophagi vocantur, radices arun
dinum, quas ex propinquis locis effodiunt, mag
na cura lauantes barbari lapidibus terunt, quoa
molles factę cohęreant: deinde placentas ad mod
lateris, quantum manus capit factas, atq; ad ſol
decoctas mandunt. Quem ſolum cibum, ipſi pe
omnem vitam ſuauem atq; affatim habent, eò q
pacem continuam ſeruent. Bellantur tamen cun
leonibus, qui è deſerto vmbrę cauſſa, & vt mino
res venentur feras egreſſi, Æthiopum multos e
paludibus exeuntes dilaniant. Et iamdudum ea d
leta eſſet à leonibus natio, niſi natura eis ſpõte pr
ſidium tuliſſet. Nam ſub ortum Canis mirabili
atq; innumera nullo agitante vento culicũ mult
tudo ad ea loca aduolat. Homines ad paludes fug
entes minimè lædunt: leones abire ex his region
bus cõpellunt, tũ morſu, tum vocis ſono territos
His propinqui ſunt Ilophagi Spermatophagiq
quorũ hi quidẽ fructus, qui æſtate ex arboribu
decidunt colligentes abſq; labore edunt: reliqu
tempore herbam in vmbroſis naſcentem locis d
cerpũt, quę vitę ſubuenit in egeſtate. Ilophagi ve
rò cum filijs vxoribusq; ad loca cãpeſtria accede

Ῥιζοφάγοι radicibus victitantes

Rizopha: gi leonibꝰ prędę ſunt.

te

es arbores aſcendũt,ac teneras ramorũ ſummita-
es auferũt:tantã ex continuo vſu ramos aſcenden
i peritiã habẽtes,vt (quod incredibile videtur)
e arbore in arborẽ velut aues proſiliant,aſcendãt
ue tenues abſq; periculo ramos,macilentia, leui-
teq; corporis nixi:q; ſi quando pedes labantur,
ianibus ramis cõprehenſis ſeſe à caſu peroportu-
è vindicãt:q; ſi fortè deciderint nulla in re prop-
er corporis leuitatẽ lædũtur:ita ramis teneriori-
us dẽte exeſis ventrẽ farciũt.Hi ſemper incedũt
udo corpore cõmunesq; vxores ac liberos habẽt
ugnãt inuicem pro locis armati baculis aduerſus
lios ac dominãtur victis: moriũtur vt plurimũ
ame,quũ deficiẽte viſu corpus priuetur eo ſenſu,
uo cibum quærebat.Reliquã circa regionẽ Æthi
pes tenẽt,qui Cyneci dicũtur,numero haud mul
i ,vita ab reliquis diuerſa.Syluestrẽ enim incolen
es patriã,& penitus aſperam rariſq; aquarũ fon-
ibus,ſuper arbores ferarũ timore dormiunt.Sub
urorã ad aquarũ decurſus armati prodeuntes ſe
bſcondũt inter arborũ frondes.Sub æſtu verò ſo
is agreſtes boues,pardaleſq; ac varia ferarũ gene
a,cũ caloris tum ſitis impatientia ad aquas potus
auſſa confluunt. Repletas graueſq; aqua beſtias
Ethiopes ex arboribus deſcendẽtes adoriuntur,
c lignis aduſtis,ſaxiſq; & ſagittis occiſas, perq;
œtus diuiſas edunt.Aliquãdo verò quãuis perra
ò & ipſi à valẽtiori beſtia interficiũtur : ſed mul-
as ipſi dolo & arte valentiores beluas capiunt. Si
quando deſint animalia,anteà captorũ pelles ma-
defactas remotis pilis ad ignem lenem ponunt: di
partitaſq; ſingulis auidè ad ſatietatem ſumunt.
Impuberes pueros exercent ad certum ſignum ia
cere,ſolis cibum præbentes his ,qui ſignum teti-
gẽre:ideo iaculatores optimi euadũt vrgẽte fame.

Hoĩes de arbore in arborẽ, vt aues proſilientes.

Cyneci ferarũ timore ſuper arbores habitant.

ἀκριδοφάγοι locuſtis victitāt

Acridophagi deſerto cōtermini hoīes ſunt pauld cæteris breuiores macilēti ac ſupra modū nigri Veris tēpore zephyrus ac Libycus venti infinitū penè locuſtarū ex deſerto ad eos deferunt numerū Hæ permagnę ſunt, ſed colore alarū turpi ac ſqualido, Æthiopes ad id aſſueti in quandam latam lōgāq́ multis ſtadijs conuallem plurimū materie ex propinquis locis ingerunt: quū ſuo tēpore tam quàm locuſtarum nubes à ventis ſupra vallem defertur, materiē congeſtā, omnemq́ loci herbā anteà ſuccisam incendunt. Locuſtę deſuper volantes ingenti fumo enectæ paulum vltra vallē ad terrā tanta decidunt copia, vt victū omni genti abūdè prębeant. Has enim Sale (quē regio plurimū fert) ſuperinfuſo diutius ſeruāt, cibum guſtu eis ſuauē: hic eſt ſolus eorum per omne tempus locuſtarum victus. Neq́ enim pecora nutriunt, neq́ piſces edunt, procul à mari poſiti: neq́ vllum aliud vitæ adminiculū habent. Corpore leues ſunt, veloces curſu, & vitæ breuis: vt qui longiſſimè viuunt, quadrageſimum non excedunt annum. Finis eorū non ſolū miſerabilis eſt, ſed & incredibilis. Nam propinquante ſenecta, pediculi alati, non ſolum viſu varij, ſed ſpecie horridi, ac turpes, in corporibꝰ nati ventrem primo, tum pectus, deinde totum corpus paruo tempore exedunt. Qui morbum patitur primum veluti ſcabiei cuiuſdam pruritu allectus, corpus ſcalpit, voluptate ſimul & dolore perceptis: deinde exoriētibus pediculis ſimul effluēte ſanie, morbi acerbitate ac dolore percitus, vnguibus corpus magno cum gemitu lacerat. Tanta verò vermium copia effluit: aliis ſuper alios tanquàm ex perforato vaſe, ſcaturientibus, vt deleri nequeant: hoc pacto ſiue cibi, ſiue aëris cauſſa miſerum ſortiuntur vitę finē. Extremas ad meridiē

Pthiriaſi acridophagi moriuntur.

Aphricę

Aphricæ partes viri habitant â Grȩcis Cynnami mi, â vicinis Barbaris ſylueſtres appellati. Barbas habẽt admodũ magnas, greges ſylueſtrium canũ nutrientes prȩſidia vitæ. Nam ab æſtiuo Tropico vſq; ad medium hyemis Indici boues innumera multitudine eorũ patriam ingrediũtur. Cauſſa in certa eſt, vtrũ ne alias inſectantes ſe feras fugiant, an paſtus penuria, an alio naturę (quę omnia mirã dã gignit) impulſu hoĩbus ignoto acti. His homi nes quum obſiſtere nequeant ſuis freti viribus, ſe canibus tuentur: quibus in venatione vſi, boues permultos capiunt. Et hos quidẽ recentes edunt, hos ſaliunt ad futurũ vſum. Multa inſuper & alia animantia â canibus capta comedunt. Poſtremi, qui ad meridiem habitant, in hominis forma ferarum vitã ducunt Ichthyophagi, ſub Troglodyticam oram in Arabico ſinu Barbarę gentes. Nudi per omnem vitã degunt, vxores filioſq; communes habẽt, beſtiis ſimiles: vt qui neq; voluptatis, neq; doloris vllũ niſi naturalem ſenſum percipiãt neque turpis neq; honeſti diſcrimen norint. Habitacula habẽt non longe â mari iuxta promonto ria, vbi non ſolũ profundæ cauernæ, ſed conualles immenſę & anguſtæ ſpelũcę exiſtunt, egreſſu ipſa natura difficili ac tortuoſo. Harũ tanquam ad eorum vſum natura factarũ aditus incolæ magnorũ congerie lapidũ obſepiunt, qua veluti retibus capiantur piſces. Maris enim fluxu, quod his, diebꝰ ſingulis circa tertiam ac nonam horã accidit, oras littori propinquas inundãte: aqua in immenſum excreſcens opertis locis omnibus, innumerã copi am diuerſorũ piſcium ſecũ in continentem defert: qui quum in diuerſa loca cibi gratia diuertant, refluẽte mari per lapides, piſces in ſicco deſtituũtur. Quos incolæ cũ vxoribus puerisq; concurrentes

Cynnami mi ſiue Sylueſtres, canũ greges nutriunt.

ἰχθυοφάγοι ex piſcibꝰ viuũt.

capiunt,captos ſupra petras ad meridiem ſitas, nimioq; ſolis æſtu incenſas ponunt pauloq; poſt reuoluunt:à quibus ſic ad ſolem decoctis carnē omnem excutiunt,& cōcauo ſaxo iniectā pinſunt,admixto paliuri ſemine,cibū ſibi conficiunt ſuauiſſimum. Nam ſic immixtas carnes in modū longioris lateris formant,ad ſolemq; paulò deſiccatas ſedentes cū voluptate edūt: non quidem ad certam menſurā aut pondus,ſed ad ſatietatē:habent hunc cibū ſemper velut è penu promptū, Neptuno ꝓ Cerere eum largè ſubminiſtrante. Quando verò maris tempeſtate adeò littori vicina loca multis diebus inundant, vt nulla detur piſcandi facultas (quo tempore cibi penuria laborant) Conchas legunt permagnas,quarū teſta ſaxis attrita interiori carne cruda,ſapore Oſtreis perſimili veſcuntur. Vbi verò tempeſtas ventorū vi diutius perſeuerat,conchæq; deficiunt,ad oſſa ſiue ſpinas ex piſcibus excuſſas,& in hūc vſum coaceruatas cōfugiunt: teneriores recentioresq; ex his dentibus mandunt,duriores edunt ſaxo contritas,nil brutis animalibus diſſimiles.Epulantur autē palàm cū lætitia,vt dixi, cantuq; abſono oībus inuicem congratulantibus: deinde mulieres,vt in quāq; quis fortè incidit,cognoſcunt prolis cauſſa, omni cura ob ciborum qui prçſto ſint copiam,vacui:his ſtudiis quatuor dieb⁹ intenti,quinto potus gratia ad fontes pergūt gregatim, oībus ſimul vocē (velut inconditum ſonū)tollētibus. Eſt profectio hçc haud diſſimilis ab armentis boum,repleto aqua ventre adeò,vt vix redire queant. Ea die nihil edunt amplius,iacet quiſque aqua plenus, diſtentus ſimilis ebrio. Poſtera die denuo ad capiendos piſces redeunt:ita eorū vita per omne tēpus tranſacta ob ſimplicē victū,raro in morbos incidūt: breuioris tamen

men q̃ nos ſunt vitę. Natura eorum incorrupta fa
mem ſedare maximū ducit bonū, nullā aduentitiā
voluptatē quærens. Hęc eorū qui intra ſinū habi-
tant viuendi norma eſt. At illorū qui extra ſinum
ſunt multo eſt mirabilior, vt q nunquā bibant &
natura ab oī ſemoti ſint animi paſſione. Hi procul
à terra habitabili tanquā in loca deſerta à fortuna
eiecti piſcationi dant operā: humida nō appetūt,
piſces edūt ſemicrudos, nō quo ſitim effugiāt, ſed
feritate quadā contēti victu, quē à fortuna ſortiti
ſunt. Felicitatem ſummā putant his carere rebus,
quę dolorē poſſent egentibus afferre. Tantæ pa-
tientiæ eſſe dicūtur, vt ſi quis educto enſe eos per-
cuſſerit, nō diffugiant & verbera & iniurias perfe
rentes, ſolum percutientē reſpiciāt, nullū neq; iræ
neq; miſericordiæ ſignū oſtendentes. Sermone ca-
rent, nutu manibusq; ſignificāt quibus indigeant
& quę volūt. Hæ gentes vnanimi cōſenſu pacem
curant, nulli externo homini infeſtę: quod vitę ge
nus licet mirabile à priſcis olim tēporibus ea gēs
ſeruauit, ſiue ita lōgo tempore aſſueta, ſiue acta ne
ceſſitate. Habitaculis nō iiſdem quibus Ichthio-
phagi vtūtur, ſed diuerſis habitāt modis: quidam
in ſpelūcis diuerſoria habēt ad arctū poſitis, in qui
bus tum vmbra, tum ſpirās aura eos ab æſtu ſolis
tutatur. Nam q̃ ad meridiem loca ſpectāt, fornaci-
bus ex nimio æſtu ſimilia acceſſum ad ea adimūt.
Qui ſunt aduerſus arctū ex coſtis cetorū incuruis
quas mare plurimas effert, ex vtroq; poſitis latere
colligatisq;, quas maris alga operiunt, habitacula
ſibi extruunt ad euitādos ęſtus, natura ſibi artē ex
neceſſitate ad ſe tuendā reperiente. Et talis fertur
eſſe Ichthiophagorū vita. Supereſt pauca de Ama
zonib⁹ dicere, quas priſcis tēporibus in Libya fe
rūt extitiſſe, mulieres pugnaces & validas virib⁹
non

Hoīes ab oī animi paſſione ſemoti.

Miræ patiētiæ hoīes.

Amozones bellicoſæ mulieres.

non eandem quam noſtrę vitã duxiſſe. Nam mos fuit illis certo tempore bellicis ad ſeruandã virginitatem rebus excitari. Tranſactis militiæ annis, viris cõiungi prolis gratia. Has ſolas & principari & publica obire munera: viros noſtrarũ fœminarum inſtar domeſticę rei curam habere, tum ob temperantes fœminis, tum militiæ principatusq; ac omnis Reipub. expertes. Poſt partũ nati infantes viris dantur, quos lacte nutriant, aliisq; rebus prout ætas poſcit. Maſculis mox natis, vt bellicę rei inutiles ſint, dextrũ brachium frangũt: aut eos interficiunt, vel procul ablegãt: Fœmellis mamillas ne creſcant inurũt, aſſerentes impedimẽto eas ad bellandũ eſſe. Vnde à Gręcis, eo q mammis careant Amazones appellantur. Heſperam inſulam inhabitaſſe illas aſſerũt: dictam ita, q ad occaſum ſita ſit. Eam verò eſſe in Tritonidis palude, quæ proxima Oceano, â flumine quod in eam defluit, Tritonia appellatur: Æthiopiæ cõtermina & mõti qui Atlas dicitur, omnium in ea terra maximo. Hęc inſula permagna eſt, variisq; arborum fructibus ex quibus incolæ viuũt, ferax: multos tum caprarum tum pecudum greges habet, quorum lacte & carnibus veſcuntur. Frumento penitus carent, illius vſu incolis ignoto,

# DE ASIA
## ET CELEBRIORIbus eius Gentibus, LIB. II.

### CAPVT PRIMVM.

ASIA altera tripartitæ terræ pars, appellata ab Aſia Oceani & Thethyos filia Iapeti vxore ac Promethæi matre: Siue, vt alij volunt, ab Aſio Manęi Lydi filio: á meridie ꝑ orientē vſq; ad ſeptentrionem protenditur. Terminos habet ab occidente Nilum & Tanaim cū Euxino ponto & parte mediterranei maris. Tribus aliis partibus tangitur Oceano, qui ab oriente Eous, á meridie Indicus, á ſeptentrione Scythicus appellatur. Taurus mons mediam quodammodo continentem diuidit, ab oriente in occidentem excurrens, partem ad aquilonē relinquit, partem ad meridiem: alterā Græci interiorē vocant, alterā exteriorem. Mons hic multis in locis latitudinem habet ſtadiorū trium milium, longitudinem quantā Aſia, ſtadiorum circiter quadraginta & quinq; milia á tranſmarina Rhodi ora vſque ad Indiæ ac Scythiæ extrema orientem verſus. Idem in nomina ac partes multas diuiditur, quarū aliæ maiores, aliæ minores ambitus comprehendunt. Tam latum autem & patens dicūt eſſe, quicquid terrę Aſiæ nomine continetur, vt Aphrica & Europa reliquę duæ partes nō magis complectātur, ꝙ hęc ſola. Cœlo temperato eſt, ſolo fertili, & propterea omnium animantium genere cultiſſima.

Aſiæ denominatio.

Aſiæ quatuor latera.

Tauri montis menſio.

Prouin

Prouincias ſiue regiões multas habet: vbi Aphri
cam aſpicit Arabia eſt, regio inter Judęam et Ægy
ptum triplex, vt Plinius refert: vna Petrea, à ſept
trione & occaſu Syriæ inſerta, cui à fronte deſert
prætenditur Arabia: à meridie altera, quę felix no
minatur. Quidã etiam Panchaiam & Sabeam ad
iungunt. Arabia dicta ab Arabo Apollinis ex Ba
bylone filio. Arabes longe lateq; diffuſi diuerſi
moribus viuunt & cultibus plurimis, crinibus in
tonſis mitrata capita habẽt redimitu pari, pars ra
ſa in cutẽ barba. Artes haud ab vno in alium tran
feruntur ſicut apud nos, ſed in patriis quiſque pe
manet inſtitutis. Qui maximus eſt natu, is in tot
gentem regnũ obtinet. Quę poſſidentur vniuerſ
ſunt cognatiõi cõmunia, vna oĩbus vxor. Qui pr
mus domũ ſubierit, poſito ante ianuam ſcipione
cũ ea congreditur, cũ grandiori natu pernoctat:
ita omnes oĩm ſunt fratres, coeũt cũ matribu
& ſororibus pecudũ ritu. Adulter capite plecti
tur, alterius ſanguinis cõgreſſus pro adulterio eſt
domeſtici in vniuerſum legitimi habentur. Cõu
uia ferè terdeni celebrãt, & in his muſicę artis du
non imperiti, cõſanguinei ſibi inuicem miniſtrã
Vrbes & oppida ſine mœnibus pacatè inter ſ
agunt. Seſamino oleo vtuntur, beatiſſima alioqu
rerum vbertate. Ouium greges candidi velleris
grandiori ſtatura boues: equis omnino carẽt, qu
rum deſyderium adimit chamelorũ copia: Aurũ
argentũ & plura aromatũ genera terrę peculiari
Aes, ferrum, veſtis, purpura, crocus, coſtus, toreu
mata aliunde aduehuntur. Defunctorum corpor
ſtercore abiectiora, Regum cadauer ſterquilinij
ſepeliunt. Fidem inter homines, vt qui maxime
ſeruant, quã hunc in modũ dant. Quoties fœdu
inire volunt, alius quidem medius inter vtrũqu
ſtans

*Arabia triplex: Petrea Deſerta, Felix.*

*Cũ matribus & ſororibus coeũt Arabes.*

*Equi nulli in Arabia.*

*Fides Arabum.*

tans,acuto lapide ferit volam iuxta maiores digi
tos ipſorũ qui fœdus ineunt:deinde ſumpto floc
co ex vtriuſq; veſtimento,inungit eo ſanguine ſe
ptem lapides in medio poſitos, inter inungẽdum
inuocans Dionyſium et Vraniam:hoc acto,idem
qui fuit ſequeſter fœderis inter amicos contrahen
di,vadatur hoſpitem,aut fortè ciuem, ſi cum ciue
res agitur.Quod fœdus & ipſi,qui amicitiam cõ
traxerũt,ſeruare iuſtum cenſent.Myrrhę ſarmẽtis
ignes fouent, quorũ fumo ſatis noxio niſi odore
cremati ſtoracis occurrãt, plerunque incurabiles
morbos contrahũt.Cynnamũ per ſacerdotes legi
tur,hoſtiis prius cæſis: quas quum litauerint,ob
ſeruatur vt meſſis nec ortũ ſolis anticipet nec egre
diatur occaſum.Quiſquis principatũ tenet ſarmẽ
torum ſtrues haſta diuidit, quę ſacrata eſt in hunc
vſum:atq; ita portio manipulorũ etiam Soli dica
tur,quę ſi iuſte diuiſa eſt,radiis inflagrata incendi
um ſponte cõcipit.Pars eorũ,quibus aſper victus
eſt,angues edũt. Nulla illis animi vel corporis cu
ra,ac propterea Ophiophagi nominantur.Noma
dibus vſus Chamelorũ frequens, his pugnãt pro
ulq; onera exportant,lacte & carnibus veſcẽtes.
Fluuius quem accolunt auri ramenta habet,id nõ
conflant artium inſcitia. Debæ & ipſi paſtores,co
lunt iidem & agros aliqua ex parte: gens auri abũ
dans, inter glebas temerè iacentes aureas pilas in
glandium magnitudine reperiunt : quibus lapil
lis affabrè interiectis monilia cõficiunt haud iniu
cunda aſpectui, ea collo & manibus inducunt.
Vendunt aurũ finitimis triplo æris pretio,argen
ti duplo:cum auri contemptu,tum deſyderio,quę
commercio parantur. Proximi his Sabæi thure
myrrha & cynnamomo diuites, & in ora huius
terræ Balſamum naſci quidam prodiderunt.

Vrania & Dionyſius in fœdere inuocãtur.

ὀφιοφάγοι ſerpentũ comeſtores.

Debæ diuites auri.

Sabęi thure ac myrrha opulenti.

Habent & palmas odoriferas & calamū. Serpen[illegible] ibi palmari longitudine, letalis ferè eius morſus in arborū radicibus cubat. Odor nimius rerumq; fragrantia ſtuporem ſenſibus inducit, quem bitu minis ſuffitu & hyrci barba leuant. Penes regem omnis iudicandi ratio. Sabæorū pleriq; ſunt agricolæ, aromata alij legunt. In Æthiopiam ob negotia nauigant nauigiis corio cōtectis. Cynamomi & Caſiam ligneæ materiæ loco igni adhibēt. Huius gentis metropolis eſt, quā Sabam appellant ſupra montem ſita. Reges ex generis ſucceſſion[e] habent eos, quibus multitudo honores diſtribui[t] bonis maliſq; immixtos. Regiam nunquā exir[e] audent, ne à turba hominū lapidibus veteri quo dam deorum reſponſo obruantur, timentes. Sab[æ] vbi regia eſt, toreumata argētea aureaq; omnis g[e]neris poculorū habent. Lectos inſuper tripodas que argēteis pedibus, cæteramq; ſupellectilem v[l]tra fidem ſumptuoſam. Magnis quoq; columni[s] porticus fulciuntur, quarum capita tum argente[a] tum aurea exiſtunt: laquearia verò ac portę aurei[s] phialis, pretioſis lapidibus intermixtis totius do mus ſumptuoſiſſimum ornatum oſtendunt. Ali[a] enim auro, alia argento, quędam lapidibus ſplen dent. Nōnulla, tum elephantorū dentibus ſunt e[x] culta, tum multis pręterea rebus aliis, quę plurim[i] apud homines æſtimantur. Et eam ſanè multis [ſæ]culis perpetuam habuere felicitatē. Abfuit enin ab eis penitus, quæ multos in præceps dedit, am bitio per auaritiam aliena poſſidendi. Nec Gar ræi his minus opulenti, quorum ferè ſupellex om nis ex auro eſt & argento, ex his & ebore domo[r] limina, tecta, parietes cōſtruunt. Nabathæi omni um cōtinentiſſimi, in quærendis opibus mira ge[n]tis induſtria, ſed in tuēdis multo maior, Qui ren

Reges Sabæorum regiam exire non audēt.

Supellex Sabæorum oīs ex auro & argento.

Garræi auro & argento abundātes.

Nabathæi parciſſimi.

dom[e]

domeſticam minuit,publicè mulctatur:cõtrà ho-
nore afficitur,qui patrimonium auxit.Gladio,ar-
cu,lancea & funda in bello,plurimũ etiam bipen-
nibus Arabes vtũtur. Dira Sarracenorũ gens,pe- Sarraceno-
ſtis illa hominũ teterrima,inde ſumpſit originem. rum gẽs in
Abiitq; (vt credere eſt) pars Arabum maxima in Arabia ſum
Sarracenicum nomen: cæterum veterem appella- pſit exor-
tionem nunc quoque tenent,qui circa Ægyptum dium.
habitant, raptu plurimum viuẽtes chamelorum
celeritate freti.

## DE PANCHAIA ET moribus Panchaiorum. CAP. II.

PAnchaia Arabiæ regio. Diodorus Siculus in-
ſulam eſſe dicit ducentorũ ſtadiorum latitudi-
ne. Tres in ea nobiles vrbes enumerat: Dalidam,
Hyracidam & Oceanidam. Regio omnis,quàm
vbi arenoſa,fructifera eſt. Vini maxime abundãs
& thuris,quod in ea adeò excreſcit,vt per vniuer- Thuris in
ſum orbẽ ſatisfaciat deorũ ſacris. Fert etiam myr- Panchaia
rham plurimũ, & alia varij generis aromata odo- copia.
rem præbentia,quę Panchai legũt,& Arabis mer
catoribus vendunt: à quibus alij pretio ſumptas,
in Phœniciam,Syriam & Ægyptũ tranſuehũt:in-
de à reliquis orbis mortalibus importatur. Curri
bus in bello Panchai vtũtur more priſco. Politia
eorũ trifariam partita eſt. Primũ locũ ſacerdotes
tenent,quibus addũtur artifices. Secundũ agrico-
læ habent. Tertium milites,quibus paſtores adii-
ciuntur. Sacerdotes oĩm ſunt duces, quibus & cõ
trouerſiarũ iudicia & publicarum rerum arbitria
permiſſa,mortis pœna tantũmodo excepta. Ruſti
ci agros colũt,fructus omneis in cõmune cõferen
tes. Qui ex eis optime videntur agro colendo va-
lere, hi vſq; ad numerũ decem ad cæterorũ exhor

tationem diſtribuendorum fructuum iudices à ſa
cerdotibus leguntur. Paſtores tum ea quę ad ſacra
pertinēt, tum reliqua in publicū alia numero, pon
dere alia, cū omni ferūt diligentia. Nil cuiquā pri
uatū eſt, domo atq; horto exceptis, ſed tum vecti
galia, tum cætera ſacerdotes percipiunt, æquè illa
prout vſus fuerit diſpartiētes, ipſis duplū conced
tur. Veſtibus induuntur mollibus. Oues enim apud
eos plurimū ab aliis differūt mollitie. Ornamēta
aurea nō tantum mulieres, ſed etiam viri deferūt
torquibus collum ornātes, armillis manus, aures
more Perſarū inauribus, pedes nouis ac varii colo
ris calceis. Milites patriam armis tutantur. Sacer
dotes vltra reliquos deliciis vacāt, vitam ducētes
mundā ac ſumptuoſam. Stolas lineas maxime te
nues ac delicatas, quādoq; etiā veſtes ex mollior
lana cōtextas induūt. Mitras inſuper geſtāt auro
intextas. Sandaliis pro calceamentis varii coloris
vtūtur, ſumma arte factis. Ferūt & aurea (mulie
rum more) præter inaures, ornamēta. Hi maxime
deorū incumbūt curæ, hymnis & laudibus eorū
geſta recenſentes. Genus eorū à Ioue manaſſe nar
rant, quum in Panchaiam veniſſet, q̊ tempore in
ter hoīes verſatus orbi imperauit. Referta eſt ea
patria auro, argento, ære, ſtanno, ferro: quorum nil
extra inſulā aſportari licet, neq; verò ſacerdotibus
extra locum ſacrū proficiſci fas eſt, vltra depreher
ſum interfici licet. Dona plurima aurea atq; argen
tea diis à longo tempore oblata, in templo ſeruan
tur. Valuæ eius ſtructura mirabili, auro, argento,
ebore ſunt decoræ. Dei lectus ſex eſt cubitorum
longitudine, quatuor latitudine, aureus totus, opi
ficio ſplēdido ac venuſto. Simili modo & dei mē
ſa quum magnitudine tum pari impenſa ſplendo
req; iuxta lectū poſita. Templum ingens ex albo

ædifi

Nihil Pāchais priuati.

Sacerdotes Panchaiorum deliciis dediti.

Iuppiter in Panchaiam exulatus.

Sacerdotibus ſacrum locū exire non licet.

Templū vltra fidem ingens.

ædificatū lapide, magnis ſculptisq; ſuffultū columnis, duorū iugerū longitudinē, cui æqua eſt latitudo, cōplectitur. Permagnæ deorū ſtatuæ ſumma arte fabricatæ templū exornāt, circùm ſacerdotes quibus ſacrorū cura demandata eſt, domos habēt. Ager qui circumiacet ſtadiis ducētis diis, ſacer eſt cuius vectigal in ſacrificiis conſumitur. Ager circa templum diis ſacer.

## DE ASSYRIA, Aſſyriorumq; viuendi moribus.

## CAPVT III.

ASſyria regio Aſię, ab Aſſur filio Sem, vt Augustinus ait, appellata: hodie Syria dicitur, habēs ab ortu Indiam & Mediæ partem, ab occaſu Tygrim fluuium, à meridie Suſianam, à ſeptentrione Caucaſum montem. Raro in Aſſyria pluit: quicquid in ea frumenti prouenit, fluminis irrigatione paratur, non ſua ſponte, vt in Aegypto, ſed accolarum ingenio & labore: tanta alioquin vbertas vt ducentena vulgò, & vbi eximiè ferax eſt, trecentena meſſe redundet tellus: quaternū digitorum latitudine tritici & hordei folia ſint. Seſami & Milij proceritas inſtar arborum attollatur. Aſſyriæ fines.
Quę omnia ſibi explorata, cunctantius tamen Herodotus memoranda cenſuit, velut parū credibilia: ſi iis qui ea non viderint, talia proderentur.
Palmis veſcuntur, ex quibus mel & vinum conficiunt. Fluuialibus nauigiis vtūtur, in ſpeciem clypei orbiculatis, nō puppi, non prora diſcretis, quę ſuper Aſſyrios in Armenia ſalicibus texuntur crudo corio exteriore parte obducto. Amiciuntur Aſſyrij duabus tunicis, linea vna ad pedes demiſſa, altera linea breui, candidaque ſtola his ſuperinjecta. Calceos pedibus inducunt, quales Thebanæ ſoleæ fuerunt. Alunt comas, mitraq; rediniunt, vnguentis delibuti in publicum exeunt. Mel & vinū ex palmis. Nauigia Aſſyriorum. Veſtitus Aſſyriorum.

Anuli vſus. Anulum ſignatorium ſinguli habẽt, & ſceptrũ af fabre factum, cui malũ, aut roſa, aut lilium, aut aliud ſimile ſit impoſitũ, ſine inſigni aliquo id geſtare indecorũ ac turpe creditũ. Ex legibus quibus ea gens vſa dicitur, ea mihi res memorabilis viſa eſt, ꝙ virgines iam maturæ viro in publicũ productæ, ſingulis annis iis venales proponebãtur, q vxores ducere vellent, dabãturq; primo vænũ formoſiſſimę quæq;. Quibus minus ſpectata erat forma, & quas nõ modo non quiſquã ſibi mercaturus fuiſſet, ſed ne gratis quidem alioqui ducturus ea pecunia q̃ fuerat pulchrioribus venditis in publicum redacta, cõnubio locabãtur. Herodotus autor eſt, hũc olim morem in Venetis Illirico finitimis ſeruatum, idq; fama ſe compertum habuiſſe.

Abſque ſceptro in publicũ nemo prodit.

Virgines nubiles vænũ expoſitæ.

Mos à Venetis obſeruatus. Ego (inquit Antonius Sabelicus) tenuerit ne mos ille gentis aliquando, haud multo plus compertũ habeo, tantũ affirmare poſſum: Venetiis, cuius vrbis opes hodie terra mariq; inſigniter pollent, inter præclara ciuitatis inſtituta, virgines furto conceptas, & ad limen pietatis expoſitas, ex publico ad nubiles vſq; annos in operto ſub tetrica diſciplina inſtitui: quę ſunt elegantiori forma, quoniã ſunt ingenue inſtitutæ, aut ſine dote matrimonio locari: iis prçſertim, qui periculo aliquo aut graui morbo ſeruati, votorũ damnati, eas ſibi in vxores depoſcũt. Alij pudicitiam ſequuti aut formã, ſine dote ipſas ſibi virgines iungunt, modo ii ſint, qui liberaliter quas duxerint habituri exiſtimentur: aut ſi nihil horũ ſit, minus graui dote nubunt, quę forma præſtant, q̃ ſi facie fuerint parũ liberali, etſi pari diſciplina inſtitutæ. Altera Babyloniorũ lex, quo vtilior, eô magis memorabilis: quum nullus ab initio in his eſſet medicorum vſus, lege ferunt cõparatum, vt qui ægrotare cœpiſſet, eos de morbo con

Babyloniorum lex vtiliſſima circa infirmos

bo conſulerent,qui idem languoris genus paſſi eſ
ſent,medicamq́ ad id leuandum opem aliquã ex-
perti. Apud alios ſcriptum reperio, in publicum
ægrotos deferri ſolitos:legeq́ cautum,vt qui ali-
quando ægrotaſſent,male affectos circuirent: do-
cerentq́ ſingulos, qua ipſi ope potiſſimum adiuti
aliquãdo à morbo liberati eſſent. Eorũ ſepulchra
in melle,funebris luctus,qui & Ægyptiis. Qui cũ
vxore noctu congreſſus eſt, nihil prius vterq́ tan
git q̃ lotus fuerit. Omnibus Babyloniorum mu
lieribus olim mos fuit, ex cauſſa quadã in aliqua
re Venerea cum hoſpite permiſceri:cum turba &
cultu plurimo ad illum venientibus, quælibet no
to aliquo coronabatur: hoſpes quam cognoſcere
volebat,ponebat ſuper illius genua argentũ quan
tum ſibi videbatur,tum coibat cum eo longe à ſa
no abducta: argentum illud Veneri ſacrum erat.
Fuere in his familiæ quędam nulla re alia niſi piſci
bus victitantes,quos ad ſolem arefactos piſtillis-
que tuſos,ex eaq́ materia aſſeruata vndisq́ reſper
ſa,offas conficiebant, torrebantq́ eas in vſum pa-
nis ad ignem. Tres fuere magiſtratus eorum qui
iam militia emeriti erant,nobiliorum alius & ſe-
num,ſeorſum regio poſito. Fuere etiam Magi, qui
& Chaldæi dicebãtur tales, quales in Ægypto ſa-
cerdotes ad deorum cultũ inſtituti:per omnem vi
tam philoſophari, aſtrorum peritiam tenere,nunc
auguriis,nunc carminibus ſacris mala hoĩs auerte
re,bono afficere: auguria,inſomnia,prodigiaq́ ſi-
da interpretatione explanare. Nec foris inſtituebã
tur vt Græci,ſed à parẽtibus diſciplinã velut hęre
ditariam ſortiti. Pueri domeſticè diſcebant,quia
perpetua cura facilis ſequebatur profectus. Vna
conſtãsq́ dicendi ratio, non varia & anceps,qua-
lis apud Gręcos: vbi qui eam tradere cõſueuerũt,

Mulieres cũ hoſpite per miſcebãtur

Magiſtrat9 Aſſyriorum

Magorum officia.

Mund9 ęter tus habi: us à Chal: daeis.

varia de principiis & rerum cauſſis,atque inter ſe repugnantia diſſerebãt. Sed hi mundũ communi aſſenſu æternũ opinati,neq; principium habuiſſe, neq; finem habiturũ,vniuerſorũ ordinem & ornatum diuina prouidentia cõſtare: cœleſtia corpora nõ ſua ſponte fortuitove motu, ſed lege quadam certoq; numinis iudicio moueri. Aſtrorũ curſum vetuſta obſeruatione perſcrutari, multa ex illorũ inſpectione mortalibus futura vaticinari. Maximam vim planetis tribuere,pręſertim huic,quem noſtri Saturnũ vocant. Chariſſimũ Solem oĩm arbitrari,& cui pręcipua adeſſet virtus. Martẽ,Venerẽ,Mercurium & Iouem præ cæteris obſeruari: quoniam velut proprium curſum ſortiti, futura oſtenderent,tanquam deorum interpretes. Quod ipſum vſqueadeô perſuaſum habuerũt,vt quatuor illa aſtra vno nomine Mercurios appellarent.

Planetarũ obſeruatio.

Ventis præterea imbribus,æſtu, cometis, ſolis & lunæ defectu,terrę hiatu,multis deniq; ſignis,ſalubria ſimul ac pnicioſa prędicere. Imaginari ad hęc alia ſydera illis ſubiecta: & ex iis quædam noſtro hemiſphærio alia ſubterraneo vagari: pari ad hæc cũ Aegyptiis errore duodecim ſibi deos finxerũt: quorũ ſingulis menſem, & vnũ in zodiaco ſignũ tribuere. Multa quidem regibus ventura vaticinabantur, vt Alexandro victoriam cum Dario dimicaturo. Hircanori deinceps Seleuco & aliis Alexandri ſucceſſoribus:mox & Romanis ſucceſſoribus non pauca, quorum euentus fide non caruit. Numerant præterea ſydera quatuor & viginti,extra zodiacum ad boream duodecim:reliqua auſtrum verſus,horum quæ appareant ad viuos pertinere arbitrati: reliqua ad eos,qui vita defuncti eſſent. Hæc illi ad alias rerum ambages effuderunt mortalium oculis, vt quæ de annorum

Ex aſtris Chaldęi futura prædixerunt.

obſer

obſeruatione meminerunt, quadragintatria annorum millia à prima ſuarũ rerum memoria ad Alexandri aſcenſum colligẽtes, quod impudenti quidem mendacio aſſerebant, niſi aliquis eam annorum rationem menſtruam interpretetur, qualis apud Ægyptios fuit.

Temporũ p Chaldæos ſupputatio falſa.

DE IVDÆA ET IVdæorum viuendi ritibus, legibus ac inſtitutis.

CAP. IIII.

PAleſtina, quę eadem eſt quæ Iudæa, particularis Syriæ prouincia, inter Cœloſyriam iacens & Arabiam Petream, ad occaſum Ægyptiaco alluitur pelago: perfundit & Iordane fluuio ad orientem ſolem. Hanc terram bibliaci libri, & Ioſephus eos ſequutus, Cananeam appellant: terrã variarum opum diuitem, frugibus fertilem, aquis illuſtrem, opimam balſamo, in medio orbis conſtitutam. Quo fit, vt nec frigore nimio rigeat, nec calore torreatur. Ob quam elementorũ gratiam æſtimauerunt Iſraëlitæ ſiue Hebræi gens antiquiſſima, & apud quã ſolam à prima hominis formatione cœleſtis ac veri nominis cognitio cultusq́; & primũ idioma permãſit, eam eſſe, quę patribus olim Abrahæ, Iſaac & Iacob promiſſa à numine eſſet, terrã videlicet lacte & melle fluentem. Ideo Ioſue fortiſſimi ducis ductu quadrageſimo anno poſtquam Ægyptum exiiſſent ſuæ ditionis fecerunt, vno & triginta regibus in ea potenti manu deuictis. Leges Iſraëlitæ tenent, ac ſecundũ eas viuunt, quas à Moſe primo ſuo duce acceperunt: quamuis & multis ante Moſen ſeculis abſq; lege aliqua ſcripta pie ſanctecq; vixerint, veritatẽ diuinis oraculis animiq; acumine & magnitudine cõſequuti. Exiſtimabat eximius ille theolog⁹ Moſes nullam

Paleſtinę fines.

Cananęa terra lacte & melle fluens.

Terra Abrahæ & ſeminì eius promiſſa.

Leges à Moſe Iudęis promulgatę.

nullam ciuitatem ſine iuris & æquitatis cultu diu tius cōſiſtere poſſe. Iam quum bonorū pręmiis et impiorū ſuppliciis ſuos ad amplexādam virtutē, & impietatem fugiendā ſatis exhortatus eſſet, tandem ſuper decē illa legum capita, duabus tabulis ad Sinam perlata, alias populo leges ciuiliaq; inſtituta promulgauit. Hæ quum adeò multę ſint, vt ſolæ integrum librū præſtare poſſent, memorabiliores tantum hic ponam, cæterę à Ioſepho biblicisq; libris petantur. Sanxit Moſes vt pueri initio leges diſcant, quum diſciplinam illæ in ſe optimam contineant. Qui Dei nomen blaſphemia lęſerit, per diem ſuſpendatur, inſepultus abiicitur. Vt ex meretricia pecunia ſacrū nullum fiat. Septē ſint in ſingulis vrbibus principes, qui iuſtitia & prudentia cæteros antecellant, vt duo cū his Leuitici miniſtri iudicent. In re iudicanda autē ſi quid rectum ſit, iudicibus parū liqueat, Pontificis & ſenioris arbitrio res tota decernatur. Ne vnus teſtis recipiatur, ac ne duo quidem, niſi horum prius ſit ſpectata fides. Tres ritè teſtimonium dicāt. Sed ne mulier teſtis ſit, neq; mancipium, q in hoc fortuna, leuitas in illa meritò ſuſpecta habeatur. Præterea ne ex conſitis arboribus aliquid ante quartū annum attingatur, vt tūc ex frugibus decimę dentur. Propinqui & hoſpites nonnihil percipiant, quod reliquum fuerit agricolatoris ſit. Vt ſemina munda non mixta terrę condantur, q diſſimilium communione terra non gaudeat. Vtq; viator nō à frugibus arceatur, ſed quantum volet ex his legat, ſi lectas præſens vſus exigat. Si pudor obſtet, vltrò accerſeatur. Quę turpē quæſtū fecerit, alteriue nupſerit vxor ne ducatur. Vt puella pro virgine ducta, ſi corrupta ſit corpore reperta, flagitijq; conuicta lapidibus obruatur, aut viua cremetur.

*Decalogus in mōte Sina datus.*

*Pueri leges diſcant.*

*Blaſphemi ſuſpendant.*

*Magiſtrat9 Iudæorum.*

*Tres teſtimonium ferant.*

Si quis

Si quis virginem alteri deſponſatam, non inuitā vitiauerit vterq; extremo ſupplicio afficiatur. Si vis illata fuerit iniurię autor pœnam luat. Quæ ſine liberis vidua relicta eſt fratri defuncti cōiugis nubat, ex eoq; matrimonio in ſucceſſionem generis prolem tollat: ſi eam ducere nolit cauſſam apud ſeniores dicat. Si cauſſam probauerint, cui volet illi nubendi facultas ſit: vt luctus in trigeſimum diē extendatur, ſat eſſe id tempus ſapienti ad lachrymas. Filius ſi parentibus iniurius fuerit extra vrbem ſuſpendatur. Hoſtis bello proſtratus nō inſepultus iaceat. Si pignus ab inope creditor acceperit ante noctem reſtituat. Qui non fuerit ſoluendo apud eū, cui debet, ſeruitutē ſeruiat. Si quis contribulem emerit, emptus ſexto mox anno liber exiſtat. Qui aurū & argentum inuenerit, inuentū palàm pręconis voce faciat, vt aberrās pecus ad magiſtrū gregis reducatur, vel, quoad dominus exiſtat, cuſtodiatur. Vt Iſraëlitarum nemo venena cōficiat, neq; confecta aliundè emat. Qui venenū alicui miſcuerit, ſceleris conuictus id bibat. Qui oculum alicui per iniuriam eruerit, pari clade puniatur. Si taurus quenquā peremerit cornu lapidibus obruatur, eius carnes non attingantur. Depoſitū vt ſacrum cuſtodiatur, vt filius patris ſcelus non luat, nec parentibus erit fraudi, ſi quid filius deliquerit. Et hæc domi. Militię verò illa, vt bellum priuſquàm inferatur res per legatos aut præcones repetantur: ſi res non reddantur, dum placet, rite inferatur. Adminiſtrandi belli ſumma penes hūc ſit, qui ſtrenuitate & prudentia alios anteibit: vt miles ex omni multitudine fortiſſimus legatur. Si hoſtis obſidione premitur frugiferę arbores ne lædātur. Læſæ enim ſi vocem habeant conuitium facerent populatori. Rebelles victor ad vnum inter-

Vidua ſine liberis relicta cui nubat.

Filius parētibus iniurius ſuſpendatur.

Æs inuentum proclametur.

Venena miſcere Iudæis prohibitum.

Leges caſtrenſes.

ſciat. Cęteri quũ victi fuerint tributarij aut vecti-
gales fiãt. Ne qua mulier belli tẽpore virile attin-
gat inſtrumẽtũ, neq; vir muliebre. Vt veſcẽdi ſan-
guinis vſus in vniuerſum Iſraëlitis nullus eſſet.

Sanguine Iudæi non veſcuntur.

Lepra infecti, & quibus genitale ſemẽ ſpõte flue-
ret, ciuitate expellerentur: & in his mulieres ſepte-
nis diebus, quę menſtruę eſſent, octauo redirẽt: to-
tidẽ dies aberãt, qui funeſtã domũ haberẽt. Vt ſa-
cerdos duabus agnis pro eo faciat, qui fluuium ſe-
minis per quietẽ paſſus eſt, ipſeq; prius frigidam
aquã ingrederetur: Pariq; ratione expiaretur, qui
cũ cõiuge parum legitimis diebus concubuiſſet.

Leproſi & Gonorhæi ciuitate expellebãtur

Expiationes Iudæorum.

Puerpera .xl. dies tẽplo arceatur, ſi marẽ enixa fuiſ-
ſet, ſi fœminam octoginta. Qui vxorẽ impudicam
arbitraretur, hordeaceæ farinę aſſarium offerret:
mox ea ad tẽpli poſtes cõſtituta in ſacerdotis ver-
ba iurare cogeretur, nihil læſam à ſe pudicitiam. Si
falleret fœmore dextro diſiuncto, vteroq; putrefa-
cto moreretur. Si caſte iuraret decimo menſe pue-
rum ſine vteri noxa eniteretur: tum vt ſacerdos
Dei in membrana nomen diluens phiala det iura-
tæ mulieri bibendum. Adulterio, inceſto, ſodomi-
ticęq; fœditati capitalem pœnam irrogauit. Vt ſa-
cerdos manco debilive corpore altaris aſcẽſu pro-
hiberetur: aleretur tamen ſacris oblationibus, vt
terra ſeptimo quoq; anno, ſi quando Cananeã Iu-
dęi obtinuiſſent aratri eſſet immunis. Quę tellus
ſua ſponte ferret quinquageſimo quoq; anno, qui
Iobeleus dicebatur, tribulibus eſſet & extraneis
communis: debitę relaxarentur pecunię: libertate
ſerui donarentur: prędia quę vilius vęniſſent anti-
quis poſſeſſoribus redhiberentur. His illę inſtitu-
tis domi foriſq; ſub id tẽpus quo vita deceſſit Iſ-
raëlitas inſtruxit. Adhibuit & precationẽ ſolennẽ
pro eorũ ſucceſſu, qui ritè leges & inſtituta ſanctę

Solẽnis ſuſpectarum vxorũ expurgatio.

Adulterij pœna.

Septennij obſeruatio

Iobeleus ꝑcipitur obſeruari.

cuſtodirent

uſtodirent,contrá diras imprecationes in prçuaricatores.Poſtremò populum ſacramẽto adegit, ut diuinas & humanas leges,quç ſemel latç eſſent perpetuo obſeruaret:nec ſi quis violare eſſet auſus impunè factum pateretur.Cçterum quia ſatis conſtat nullum genus hominum cæremoniarum ſtudioſius magisq́ religioſum fuiſſe vnquàm,q̃ Iſraelitæ fuere,quç fuerit apud illos ſacrificandi ratio ab initio inſtituta operçprecium duco breuiter explicãda.Duobus ab initio ſacrorum generibus Iudæi vſi ſunt,quorum vnum holocauſtum dixere, idq́ primores gentis perpetrabãt:qui erat ſine boue,ſine agno rem diuinam facturus,ſiue quid aliud immolaſſet, annicula maſculaq́ eſſe oportebant animalia aris adhibenda;altaris oram ſacerdos victimali cruore perfundebat,inde hoſtiã membratim diſſectam ſuper aram concremabat. Alterum genus plebeiũ,in quo maiora anniculis offerebãt, cruoreq́ ſuper arã diffuſo renes,adeps,omẽta imponebantur flãmis:pectora & crura dextera ſacerdotibus dabantur,quç ſupererant intra biduum: qui rem diuinam feciſſent eſitabant. Inopia ſi qui premebantur columbas offerre,aut turtures duas quarum hçc in holocauſtum abibat,illam ſacerdotes ſortiebãtur.Qui imprudens deliquiſſet, huic annicula agna erat,aut hœdus piaculum. Qui occulti ſibi criminis fuiſſet conſcius,ex prçſcripto legis cæſo ariete expiari oportuit: horum carnibus veſcebãtur ſacerdotes in templo, tam publicis q̃ priuatis ſacrificijs,mundiſſima farina adijcitur, in agno aſſarij menſura,in ariete duorum, in tauro trium. Adhiberi & oleum,quod ſacris infundebatur. Agnꝰ mane & veſperi publicè immolari. Septimis quiſq́ diebus,quç ipſis ex lege maximè ſacræ erant, & ſabbata dicebantur,geminatç hoſtiæ aris

Cçremoniarum Iudæorũ ratio.

Holocauſtum ſacrificiũ primorum.

Plebeiorũ ſacrificium

Inopũ ſacrificium.

Piacula delinquentiũ

Publicum ſacrificium

Sabbatũ Iudæis maximè ſacrum

aris admouebantur. Principio menſis duo bou
cum ſeptem anniculis agnis, ariete vno, & hœd
vno piaculi cauſſa. Adijciebant binos hœdos, h
rum vnus extra fines miſſus multitudinem expi
bat: in ſuburbana alter delatus, loco puriſſimo c
totis velleribus cremabatur. Pontifex taurum i
id ſacrum, & in holocauſtum arietem dabat. Fu
runt & illis alia ſacra ſtatis ceremoniis feriis ve pe
mixta, quale fuit. xv. menſis die, quem Macedone
hyperueretheum dixerunt: & vertente autumn
tabernacula figere: holocauſtaq; feriis tenentibu
ſtata quotannis reddere, myrrhæ ſalicis palmari
& maliperſici ramos, qui hęc facerent, geſtãtibu
Xanthico menſe: vnde principium ſumebat an
nus ſub plenilunij diem, ſole aritẽ tranſeunte: qui
his diebus ex Ægypto egredi contigiſſet, myſtic
agno faciebant. Inde azymorũ ferię, luna itidẽ pl
na paucis interiectis diebus celebres erant genti
tauri duo, aries vnus, agni ſeptẽ quotidie per eo
dies holocauſto cremabantur. Adiiciebatur hyr
cus vnus piaculi nomine. Secunda azymorũ pri
mitiæ frugum cum olei aſſario dabantur, & frugũ
principiis agnus in holocauſtum. Erant & Penthe
coſtes ſtati dies, Aſarthan id illi tempus vocitabã
id eſt, quinquageſimam: fermentatos tum pane
ex ſiccis alphitis offerebant. Agnas duas in holo
cauſtum, vitulos duos, arietes totidẽ, duosq; pro
piaculo hyrcos. De Iudęis & Moſe duce eorũ Et
nici ſcriptores ab Eccleſiaſticis diſſentiunt. Cornẽ
lius enim Tacitus. xxi. diurnalium libro egreſſio
nem gentis illius ex Ægypto non diuinæ volunta
ti, ſed neceſſitati tribuens ſcribit. Orta per Ægyp
tum ſcabie & prurigine fœda, Bocchorim regem
in Hamonis templo remediũ petiiſſe, iuſſum reg
num purgare atq; illud hominum genus deis in
uiſum

Menſis Hyperueretheus.

Menſis Xãthicus, id eſt, aprilis.

Azymorũ feriæ.

Pẽthecoſte.

Iſraëlitę ex Ægypto expulſi.

ſum alias in terras ablegare. Quo expulſo, vbi
igens ſcabioſorum colluuies vaſtis in locis reli-
ta conſediſſet, cæteris per lachrymas torpentib9,
Moſen vnum exulum monuiſſe, ne quã deorũ ho
minumq; opem expectarent: ſed ſibi, vt duci, cre-
erent, aſſenſum eſſe, atq; omnium ignaros fortu-
um iter arripuiſſe: ſed nihil æquè, q̃ aquę inopia
borantes: tum iam haud procul exitio totis cam
is procubuerant, vidiſſe agreſtium aſinorũ gre-
em è paſtu in rupem nemore opacam cõcedere,
equutũ Moſen, quo ſibi in poſterum gentẽ firma-
et nouos ritus cõtrarioſq; cæteris mortalibus in-
didiſſe. Profana illic omnia, quę apud nos ſacra,
urſum conceſſa, quę nobis inceſta. Animalis effi-
iẽ, quo monſtrãte ſitim, erroremq; depulerant pe
etrali ſacrauere, cæſo ariete in contumeliã Hamo
is. Bos quoq; immolatur, quẽ Ægyptij apim co-
unt. Sue abſtinẽt ob ſcabiem vitandã cui animal
oc obnoxium. Septimo die ociantur, quia is finẽ
aborũ tulerit, deinde blandiente inertia ſeptimũ
quoq; annũ ignauiæ datũ: alij honorẽ eum Satur-
no haberi ob famem & ieiunia. Panis eorum non
fermentatur. Hi ritus quoquo modo inducti de-
fenduntur: & quia apud ipſos, fides obſtinata, &
miſericordia in promptu eſt, ſed aduerſus omnes
alias gentes hoſtile odium: ſeparati epulis, diſcreti
cubilibus: proiectiſſima in libidinẽ gens, alienarũ
concubitu abſtinent: inter ſe nihil illicitum, circũ-
cidere genitalia inſtituere, vt diuerſitate noſcantur
Nec quicq̃ prius imbuũt, q̃ cõtemnere deos. Ani
mas prælio aut ſupplicio peremptorũ æternas pu-
tant: eadẽ cura & de inferis & perſuaſio cœleſtiũ.
Cõtrà Ægyptij pleraq; animalia effigieſq; cõpoſi
tas venerãtur. Iudęi mente ſola, vnũq; nomen in-
telligunt, Prophanos qui deorũ imagines in ſpe-
cies

Iudęorũ ritus cęterorũ mortalium ritibus contrarij.

Religio Iudæorum.

cies hominum fingunt.Hæc & multa alia Corn
lius Tacitus & Trogus libro.xxxvi.ſcribūt.Iu
orū ſectæ tres à cōmuni reliquorum vita diſcret

Phariſęorū mores.

erant,Phariſæorū,Saducęorū,Eſſeorum.Phariſ
cultu auſtero,& victu perparco vtebantur: trad
tiones ſuas ſtatuentes quibus traditiones Moſi c
terminabant.Pitacia chartarū in fronte gereban
& in ſiniſtro brachio,quib⁹ decalogus inſcriptu
erat,ꝙ dixerat dominus habebis,quaſi quid app
ſum inter oculos tuos & in manu tua.Et hęc ph
lateria dicebantur,à phylexe,quod ſeruare eſt, &
thorat legem.Hi etiam maiores fimbrias alijs fer
tes ſpinas eis affigebāt,quibus pūcti inter eund
memores mandatorū dei fierent. Vniuerſa deo d
putabāt,&Emarmeni,id eſt,fato agere quidē qu
iuſta ſunt,vel negligere:in arbitrio hominū plur
mū eſſe dicebant,tamen in ſingulis adiuuare Ema
menem,quā ex motibus corporum ſuperiorū fie
ri putabant:ſuperioribus ſuis & natu maioribus

Animas in alia corpora migrare

nunꝗ contrarium reſpondebāt.Iudicium Dei futu
rum credere,omnē animam incorruptam eſſe, ſo
las,bonorū animas in alia trāſire corpora vſq; ad
reſurrectionē & iudiciū:malorum autem æternis
detrudi carceribus:& quia à communi hominum
habitu diuerſi erant,ideo phariſęi dicebantur. Sa-
ducæi Emarmenē negabant deū inſpectorem om
niū dicētes,& in arbitrio hominum ſitum eſſe vt

Animas cū corporib⁹ interire.

bonū malūve faciant.Animarū poſt hāc vitā vel
ſupplicia negabāt vel gaudia. Quòd reſurrectio-
nē mortuorū futurā negabāt,animas mori cū cor
poribus putātes,nec angelos eſſe dicebāt,ſolos.v.
libros Moſi recipiebāt.Ipſi ſeueri nimis erant, nec

Eſſęorū vita tota monaſtica.

inter ſe ſociales,ob quā ſeueritatē Saducęos,id eſt,
iuſtos ſe nominabāt. Eſſæi verò in omnibus mo-
naſticā agebant vitā,nuptias & fœminarū cōgreſ
ſum.

um omnino faſtidiẽtes,non quia cõiugia & ho‑ minũ ſucceſſionem cenſerent perimendã,ſed cauẽ lã intẽperantiam mulierum,nullã earum fidẽ ſer‑ uare viro putãtes. Omnia habebãt cõmunia: pro‑ ra vnguẽtũ & balneũ ducẽtes,ſqualorem decus utarent,dũmodo in veſte cãdida ſemper eſſent. Nulla eis certa ciuitas,ſed in ſingulis domicilia ha ebant. Ante ſolis ortum nihil profanũ loquẽtes, olem,vt oriretur,orabãt,poſt vſq; ad quintã ho am operãtes,loti corpus in aquis,ſimul & cum ſi entio edebant. Iuramentũ habebãt pro periurio. ectę ſuæ neminẽ adhibebant,niſi ſub annua pro‑ atione. Recepti autem ad ſe poſt annum, duobus lijs annis mores probabant,deprehẽſum in pec‑ atis à ſe pellebant,vt herbas pecorum more decer ens,vſq; ad obitũ pœniteret. Quũ decem ſederẽt ullus nouem inuitis loquebatur. Spuere in medi um,vel in dexterã partẽ ſui vitabãt. Adeò ſabba ũ obſeruabãt,ꝙ nec eo die aluũ purgarẽt: dola‑ brã ferebant ligneã,qua in loco ſecretiſſimo fodie bant terrã ad aluum purgandam:demiſſa veſte,di igenter ſe contegentes,ne ſplendori diuino face‑ rent iniuriam:ob id etiam ſtatim foueam replẽtes: viuebant quàm longiſſimè ob victus ſimplicita‑ tem. Palmis enim victitabant. Pecuniæ eis nullus vſus erat. Mortem pro iuſtitia iudicabant melio‑ rẽ. Animas oẽs à principio creatas pro tẽporibus incorporari:exutas bonas corporibus vltra ocea‑ nũ degere,vbi ſit repoſita eis perfruitio, ad orien‑ tem magis malis procelloſa,& hyberna loca dele‑ gantes. Erãt in eis qui futura prędicerent,quidam cõiugibus,ſed moderatè operam dabant: ne ſi à mulieribus abſtinendum arbitrarentur,genus hu manum deficeret. Syriã hodie Græci inhabitant, qui & Griphoni dicuntur, Iacobitæ, Neſtoriani,

Omnia Eſ‑ ſæis cõmu‑ nia erant.

Sabbati obſeruatio

De anima Eſſęorum opinio. Animarũ exutarum corpore merita.

Sarraceni

Sarraceni,duæq; Chriſtianæ pietatis gentes Syr
ani & Marouini.Syriani Grecanico ritu ſacrific
parueruntq; aliquãdiu Romanæ eccleſię. Marou
ni ſentiunt cum Iacobitarum gente.Horũ lingu
& literę,quę & Arabum.Ad Lybanum monte
habitãt hęc piorum hominũ genera.Sarraceni ci
ca Hieroſolymã ſtrenui in bello, gaudent agror
cultura.Syriani inutiles.Marouini pauci numerc
ſed viri pugnaciſſimi

## DE MEDIA MEDO- rumq; moribus. CAP. V.

Mediæ appellatio.

MEdia Aſiæ regio á Medo Medeæ & Eg
Athenienſium regis filio appellata,& popu
li Medi dicti,vt Solinus refert: Ioſephus autem
Medeo Iaphet filio dictos fuiſſe ſcribit.Hæc regi

Medię fines.

vt Ptolomæus habet á ſeptentrione mari Hyrca
no terminatur,ab occaſu maiori Armenia & Aſ
ſyria, á meridie Perſide, ab oriente Hyrcania a

Studia gẽtis.

Parthia quę montibus excluditur.Sagittãdi equi
tandiq; ſtudium gẽti pręcipuũ ac pene peculiare
Peruetuſta & regum veneratio.Tiara pileus rotũ
dus,& manicatę veſtes ab his ad Perſas cum Im
perio fluxere.Propriũ Medorũ regum fuit.Plure
vxores ducere,mox & in priuatos translatum vt
minus ſeptẽ habere non liceret.Pulchrũ & fœmi
nę multos habere viros,pauciores quinq; calami
tatẽ arbitrari.Ineunt fœdus Medi tum Grecorũ
ritu,tum feriendo brachia,quo illi humeris cõne
ctuntur ac mutuũ ſanguinẽ delingũt. Sterilis re
gio,qua ad ſeptentrionẽ obuerſa eſt:quo fit,vt ex
malis in hũc vſum exiccatis ac cõtuſis maſſam cõ
ficiãt,ex toſtis amygdalis panẽ,ex herbarũ radici
bus vinum,ferinis carnibus plurimũ victitãtes.

## DE PARTHIA ET PAR- thorũ viuẽdi moribus. CAP. VI.

Parthiã

PArthiā Parthi Scytharum exules á ſe vocaue-rūt terram furto occupatam, á meridie Carmaniam, á ſeptentrione Hyrcanū ſolum, ab occidua ſolis plaga Mediā, ad ortum Ariam habentem. Regio eſt nemoroſa montana & inops frugum. Gēs ipſa Aſſyriјs Medisq; temporibus obſcuriſſima. Regnoq; á Medis ad Perſas translata, velut vulgus ſine nomine: victoribus predæ fuit. Poſtremo Macedonibus ſeruiuit. Procedēte deinde tempore, ea fuit ipſius gentis virtus, hi rerū ſucceſſus, vt non tantum finitimis imperaret, ſed á Romanis omniū gentium victoribus bello petita, eos magnis cladibus victos affecerit. Plinius quatuordecim Parthorum regna numerat. Trogus his oriētis Imperium attribuit, velut orbis diuiſione cum Romanis facta. Adminiſtratio gentis poſt defectionem Macedonici Imperiј ſub regibus fuit: qui Arſaces ab Arſace primo Rege dicebātur omnes. Regū maieſtati proximus populorū ordo fuit: ex hoc duces in bello, ex hoc rectores in pace electi. Sermo his inter Scythicum Medumq; medius, ex vtriſq; mixtus: Veſtis olim ſui moris: poſteaquā acceſſere opes, vt Medis, perlucida ac fluida. Armorum patrius ac Scythicus mos. Exercitum nō vt aliæ gentes liberorum, ſed maiore ex parte ſeruorum habent. Quorum vulgus nulli manumittendi poteſtate permiſſa, ac per hoc omnibus ſeruis naſcentibus indies creſcit, hos pari cura ac liberos ſuos habent, & equitare & ſagittare magna induſtria docent: vt quiſq; locuples eſt, ita magnū regi ad bellum ituro equitatum inſtruit. Itaq; Antonio bellū Parthis inferenti quum quinquaginta milia equitum occurrerent ſoli. D.CCC. liberi fuere. Cominus in acie prœliari neſciūt, obſeſſasq; expugnare vrbes: pugnāt autem procurrentibus

Parthię termini.

Quatuordecim Parthorū regna.

Arſaces Parthorum reges.

Parthorū pugnandi ratio.

E equis

equis, aut terga dantibus, ſępe etiam fugam ſimu lant, vt incautiores aduerſus vulnera inſequentes habeant: ſignum his in pręlio non tuba, ſed tym pano datur, nec pugnare diu poſſunt. Cęterum in tolerabiles eſſent, ſi quantus his impetus eſt, vis tā ta & perſeuerantia foret: plęrūq; in ipſo certami nis ardore pręlia deſerunt ac paulopoſt pugnā ex fuga repetunt: & quum maximè viciſſe te putes, tunc tibi diſcrimen ſubeundum ſit. Munimentū equitibus loricę plumatæ, idem & equis, quibus bello vtuntur. Auri argentiq; nullus olim, niſi in armis vſus. Vxores dulcedine varię libidinis ſin guli plures ducunt: nec vllum grauius flagitium, quàm adulterium vindicant: ob id mulieribus nō conuiuia ſolum virorum, verumetiam conſpectum interdicunt. Quidam autem & in his Strabo, con iuges eos ſuas amicis in matrimonium tradere, vt liberos ex eis ſuſcipiant. Carne non alia veſcun tur, quàm venatibus quęſita. Equis omni tempo re vehuntur, his petunt bella, his conuiuia adeunt, mercantur, colloquuntur, omniaq; publica & pri uata obeunt munia, equo ſedentes, atq; ſingulare illud inter ordines diſcrimen, quòd ſeruilis fortu næ viri pedibus commeant, ingenui equis vehun tur. Sepultura vulgò aut auiū aut canum laniatus eſt. Nuda demum oſſa terra obruunt: deorum cu ra veneratioq; pręcipua. Ingenia genti tumida, ſe ditioſa, fraudulenta, procacia quippe violentiam viris, manſuetudinem fœminis aſſignant: Semper aut in externos, aut in domeſticos motus inquieti Natura taciti, ad faciendum, quàm ad dicendum promptiores. Proinde ſecunda aduerſaq; ſilentio tegūt. Principibus metu, non pudore parent. In li bidinē proiecti, in cibum parci, fides dictis pro miſſisq; nulla, niſi quatenus expedit.

*Sepultura Parthorū.*

DE

## DE PERSIA ET PERſarũ moribus, ritibus, & inſtitutis. CAP. VII.

PErſia Orientalis Regio, à Perſe Iouis & Danæ ẽs filio dicta: à quo & Perſepolis totius gentis caput, Populi Perſæ dicti ſunt. Hęc regio vt Ptolemæus lib. v. ſcribit, à ſeptentrione Medis terminatur, ab occaſu Suſiana, ab ortu ſolis duabus Carmanijs, à meridie parte ſinus Perſici, eius oppida fuere Axima, Perſepolis, Dioſpolis. Cœlum Perſæ Iouem credidere. Solem quem Mitram dicunt imprimis venerantur: colunt & lunam, Venerem ignem, tellurem, aquam, & ventos: non aras, non ſtatuas habuere, ſed ſub dio, excelſoq; loco ſacra operari: cum imprecationibus coronatam hoſtiã ad aram ſtatuentes: nihil pręter hoſtiæ animã ſuperis dandum exiſtimare, nec eos etiam quicquam aliud velle: quorundam tamen in ea gente exta foris imponere moris fuit: Igni ſacrificãtes arida ligna imponunt cortice adempto, & aruina ſuperiniecta, deinde infuſo oleo ſuccendunt, nõ inſpirantes, ſed ventilantes: ꝙ ſi quis inſpirarit, aut mortuum quid cœnũve in ignem immiſerit, morte plectitur. In flumine Perſæ non lauantur, non micturiunt, nec cadauer inijciunt, non etiam ſpuunt, aut quid calefaciunt, ſed aquam hoc modo religioſiſſimè colunt. In lacũ vel flumen vel fontẽ venientes ſcrobem faciunt, ibiq; hoſtiam iugulãt, cauentes, ne quid proximę aquę ſanguine cõtingatur, tanq̃ omnia polluturi: poſteà carnibus ſuper myrto lauro impoſitis eas magi ſubtilibus virgis cõburũt: & factis imprecationibus quibuſdã, oleum lacte & melle mixtũ inſpergũt, non in ignem, nec in aquam, ſed in terrã imprecationes per multum tempus faciunt, faſciculum virgarum myricinarum

Perſiæ confinia.

Religio Perſarum.

Aquã religioſiſſimè colunt.

Reges ex vna fami-lia creant Perſæ.

tenuium tenẽtes. Reges creãt ex vna familia, qu regi nõ paruerit capite & brachijs amputatis inſ pultus abijcitur. Refert Policritus ꝙ Perſarũ Re gum quiſꝗ ſuas ædes in monte faciat, & theſau ros & tributa, quę exigit, ibi recondat, bene adm niſtratę rei monumentũ. Exigere eos ex ora mari tima argentum, ex mediterranea, quę quęꝗ regi ferat, vt colores, medicamenta, lanam vel aliud ta le, eodẽ modo & pecora. Neminẽ illi ob vnã tan tum cauſſam occidere licet, neꝗ alicui aliorũ Per ſarũ quicquam in aliquẽ ex familia ſua atrox age re. Vxores ducunt ſinguli multas aluntꝗ propag dæ ſobolis gratia, pellicesꝗ plurimas. Reges præ mia proponũt ijs, qui vno anno plures procrea rint filios: qui creati ſunt ante quinquenniũ ad pa tris conſpectum gentili inſtituto non perducun tur, ſed apud fœminas degunt: ea pręcipue gratia, vt ſi inter educationem quis decedat, nullam è dã no patri afferat moleſtiam. Nuptię verno æquino ctio celebrantur. Sponſus malum, aut chameli me dullã, nec ſuper hęc aliud quicquam cœnatus, tha lamũ ingreditur. A quinto anno ad quartum & vigeſimum diſcunt equitare, iaculari, ſagittare, & imprimis vera loqui: diſciplinarũ magiſtris con tinentiſſimis vtũtur, qui fabulas, deorum laudes, virorumꝗ illuſtrium complexas, cum cãtu, inter dum voce tantum ad vitę inſtitutionẽ referunt. Aëris ſonitu vocati vnum in locum ad hæc diſcẽ da pertendunt. Ratio ab his depoſcitur eorũ, quæ pueri audiuerunt. Decurſione vtuntur, duce ſibi, quẽ ſequantur, ex principum filijs aliquo ad id le cto: campus quem decurrant, vt minimum trigin ta habet ſtadia. Ad æſtum & frigus perferendum, torrentiũ trãſitu exercẽtur. In armis & in madidis veſtibus perdurãt, paſcũtur, ruſticãtur. Fructibus

Studia quibus perſarũ pueri inſtituuntur.

Terebin-

Terebinthi,glandibus,piris agreſtibus veſcūtur, quotidianus cibus,poſt curſum cæteraſq; corpo‑ is agitationes panis duriſſimus.Cardamū, & ſa‑ is granū,aſſę carnes indifferēter,& elixę:aqua po‑ us.Venantur miſſilibus telis ex equo arcu & ſa‑ ittis vſi:vtuntur & funda: ante meridiem arbo‑ :s ferunt,radices effodiunt,arma fabricantur, aut no & retibus ſtudent.Pueri auro exornantur, & mprimis delitiis.Pyropus eſt illis lapis,quē ſum no in honore habent,& ob id mortuo eū non ap onunt:Nec etiam ignem,ob honorem & reue‑ entiā,quā illi deferunt.A vigeſimo anno ad quin uageſimum militant:forenſem vſum non norūt, eq; vendunt quicquā neq; emunt.Cetro in Rhō i ſpeciem ad bellum inſtruuntur,aç præter phare am ſagarim & ſicas habent,& pileum turritum: quamoſum geſtant circa pectus thoracem. Prin‑ ipes Anaxyridem triplum habent,& tunicā ma‑ icatam ad genua demiſſam:intus candida fultu‑ a,exterior pars colore infecta. Amictum æſtate urpureum,hyeme varium,Tiaras magorum in‑ ilis ſimiles.Vulgus duplici muniuntur tunica,ad nedia vſq; crura demiſſa: circum caput ſindonij eli volumen ingens.Lecti & poculorum orna‑ us ex auro & argento:de rebus maximis non,ni‑ medio potu,conſultant,eam demum conſultati‑ nem firmiorem rati,q̄ quæ à ſobriis ſit inita.No‑ i inter ſe,& æquales,oſculo ſe in occurſu excipi‑ int.Qui humiliori ſunt fortuna, venientem ado‑ ant.Solo ſepeliunt corpora,cæra oblinentes. Ma‑ os inſepultos abiiciunt,auibus laniandos. Cum natribus inſtituto quodam peculiari coëunt: & ii ritus moreſq; Perſarū fuere.Herodotus & ali‑ s quoſdā habet haud memoratu indignos,vt q̄ idere corā rege,aut ſpuere nefas duxerint,& flagi

Perſarū victus quotidianus.

Principum Perſarū veſtitus

Vulgi Perſici veſtit9.

tioſum. Grȩcos ab his rideri, quibus perſuaſum
ſet deos ex hominibus ortos, quicquid nefas eſſ
facere idem & dicere nefarium arbitrari. Turp
creditum debere, ſed omniū turpiſſimū mentiri.
Cadauera non prius humare, q̄ à canibus, aut al
tes traherētur, & quod indecorum ſit cęterarū g
tium opinione, parētes inopia adacti vulgò fili
proſtituebant: q̄q̄ Babyloniorum id proprium e
ſet. Hodie Perſæ à Saracȩnis victi, Mahometiqu
delyrio imbuti in tenebris agunt: bellica olim gē
vt quæ diu in oriente ſit rerum potita, nunc armi
deſueta, veteri gloria excidit.

## DE INDIA ET INDORVM prodigioſis ritibus, moribusq; viuendi. CAPVT. VIII.

*Indiæ magnitudo & deſcriptio.* INdia orientalis regio, Aſię terminus, tam vaſt
perhibetur, vt eam tertiā omnium terrarū par
tem tradant. Pomponius tantum littoris occupa
re ſcribit: quantum per. xl. dies noctesq; velifican
tibus curſus eſt: appellata à flumine Indo, in quen
ab occidentali plaga deſinit, à meridionali mari i
cipiens, aduſq; ſolis ortum porrigitur, & à ſepten
trione vſq; ad montem Caucaſum peruenit: gēte
*Oppida Indiæ quinq; milia.* habet multas, & oppidis adeò exculta, vt quid
in ea quinq; milia fuiſſe dicant: nec mirum ſit, ve
de hominum, vel de vrbium copia: quum ſoli In
di nunq̄ à natali ſolo receſſerint. Fluuios memor
biliores Gangem Indum Hypaim, ſed omniū m
ximus Ganges. Terra fauonij ſpiritu ſaluberrim
*Indię vbertas diuitiæq; admirandæ.* in anno bis metit fruges, vice hyemis Etheſias p
titur ventos. Vino carent, quamuis nō deſint, qu
hoc quoq; Muſicanum ſolū ferre autumant. Nar
dum fert Auſtralis ora; fert & Cynnamomū, pi
per, &

r,& calamũ aromaticum vt Arabia & Æthio-
a.Ebenum arborē ſola producit,Pſittacum auē,
onoceron beſtiam, Beryllis, chryſopraſis, ada-
antibus,carbunculis, lychnitibus, margaritis,
ionibus,gemmis abundat. Binæ illic æſtates,
ıes auræ,temperius cœlum,vbertas ſoli, aqua-
m abundantia.Centum ob id & triginta anno- Lõgiſſima Indis vita.
m æuum eorum quidam,vt Muſicani,agunt.
ribus vita aliquanto longior. Indis omnibus
; promiſſa cæſaries,non ſine fuco cærulei aut cro
i coloris:cultus præcipuus cum gemmis: habi-
s diſcrepantiſſimus,alĳ laneis,alĳ lineis peplis
ſtiuntur,pars nudi,pars obſcœna tantum ami-
lati,plurimi etiam flexibilibus libris circunda-
Niger vulgò corporis color,in materno vtero
les fiunt, ſeminis diſpoſitione, quales ipſi ſunt
ıi genuere.Genitale ſemen,vt Æthiopibus, ni-
um,ſtatura procera ac valida. In victu frugales
nt præſertim in caſtris, nec multa turba gau-
nt:ornatu plurimo vt dixi vtuntur:à furtis ma-
ıopere abſtinent:legibus vtuntur, non ſcriptis, Literarum apud Indos nullus vſus.
eras non norunt,ſed omnia memoriter admini-
ant,& propter ſimplicitatem ac vitæ parſimo-
am omnia eis proſperè ſuccedunt. Vinum non
iſi in ſacrificĳs bibunt: potum ex oriza confici- Potus & cibus Indorũ
ıt,& hordeo:cibus magna ex parte oriza ſorbi-
s eſt.In legibus & contractibus maximam ſim
licitatem eſſe,vel ex eo argui poteſt, quòd non
ıultum ſunt litigioſi:nam nec commiſſi, nec de-
oſiti iura vlla habent,nec teſtibus indigent, nec
gillis,ſed ſimpliciter credunt: domum frequen- Simplicitas Indis affectata.
us incuſtoditam habent, quæ profectò omnia
ontinentiæ ſunt indicia. Cæterum non facilè
uis admittat, vt quòd ſoli degant, & quòd
on vna omnibus, & cœnandi, & prandendi
 hora

hora ſit,ſed vt cuiq; libitum ſit. Nam ad ſocialẽ
uilemq; vitam illa ſunt commodatiora. Exerci
prçcipuẽ frictionẽ probãt,& maximè ſtrigilib
Ebeno arbore corpora expoliunt.In tumulis &
pulturis faciẽdis perparci.In cultu corporis nim
Nam & aurum geſtant,& lapillis ornantur,&
donem candidiſſimã induunt,& vmbellas ſecu
portant:nam pulchritudinem excolentes, omn
faciunt,quæ ad decorandam faciem pertinent:
ritatem perinde recipiunt atq; virtutem:ætati
num prçrogatiuam nulllam tribuunt,niſi prude
tia excellant.Multas nuptas habẽt,quas à paren
bus accipiunt,pari boum emptas,alias obediẽt
gratia,alias prolis ac voluptatis,& niſi caſtas e
cogant,fornicari licet.Nemo ex Indis coronat
ſacrificat,nec adolet,nec libat,victimas non iug
lant,ſed præcluſo ſpiritu necant,ne quid mancu
Deo offeratur,ſed integrum.Qui falſus teſtis d
prehenditur extremis decurtatur digitorũ artic
lis.Qui mẽbro aliquo quẽpiam orbauerit,nõ m
do talionis pœnã ſubit,ſed etiam manu truncatu
Quòd ſi quis artifici manũ oculumve ademerit,c
pitale eſt.Regis corpus emptitię mulieres curan
quæ regem cuſtodiunt,& reliquus exercitus ma
net extra portas.Si qua mulier Regẽ ebrium occ
derit,munus habet,vt cũ illius ſucceſſore iunga
tur:ſuccedũt aũt filij.Regi interdiu dormire nõ li
cet,nocte cogit cubilia per horas mutare,idq; pp
ter inſidias.Quũ in caſtris nõ eſt,ſçpe exit:nã & a
iudicium exit,& audit:& ſi hora eſt,vt corpus cu
ret,q̃d ſtrigilũ ſit perfrictione,ſimul & audit, &
tribus perfrictoribus perfricatur:exit etiã ad ſacr
ficia:tertio ad venationẽ:vbi Bacchico more ma
xima mulierũ caterua circũfundit:ſtipatores for
manent,via funibus obtexitur:q; ſi quis intro ad
mulieres

Frictio corporis probatur.

Senibus niſi prudẽtes ſint honor nullus exhibetur.

Sacrificãdi Indorũ ratio.

Regis vita mulierib9 apud Indos permiſſa.

mulieres præuaricauerit, capite plectitur: præce- dunt eum tympana & tintinnabula. Quum in lo- cis ſeptis venatur, aſſiſtunt ei duæ tresve mulieres armatę: quum verò in locis nō clauſis venatur, ab elephante ſagittat: mulierum aliquę in curribus ſe dent, quędam in equis ac elephantis, quemadmo- dum & militāt omnibus armis exercitatę, multū profecto à noſtris diſcrepantes. Atq; hæc etiam à verū ſcriptoribus dicūtur, ꝙ Indi Iouem pluuia- lem & Gangen flumē, & indigetes genios colāt: & quum eorum Rex capillos abluat, ſolennia ce- lebrent & maxima dona mittant, diuitias ſuas cer tatim oſtendentes. In ſeptem ordines olim diui- ſa vniuerſa gens fuit, quorū primus philoſopho- rum erat: qui cæteris numero pauciores, honore & dignitate apud Reges longe anteibant. Hi ab omni opere immunes, neq; ſeruiunt cuiquā neq; imperant: recipiuntque à priuatis ea quibus ſacra diis faciant, & curam habeant defunctorū tanquā chari diis, & quę fiant apud inferos præcipue no- rint: propterea dona plurima honoresq; eis impē duntur, multū enim proſunt Indorū vitæ. Nam anni principio vnà conuenientes ſiccitates, plu- uias, ventos, morbos prædicūt: cæteraq;, quorum cognitio poſſit vtilis eſſe. Futura enim audientes, tum populus tum Rex, & futura declināt mala, & bonis futuris imminēt. Qui autē philoſophus falſa prædixerit, nullam præterquam ꝙ perpetuò ſilet, pœnā ſubit. Secundus ordo eſt agricolarum, qui multitudine ſuperātes cæteros, à bello reliquoq; opere liberi, ſolis agris colendis tempus imparti- unt. Nullus hoſtis eos laceſſit neq; ſpoliat, ſed exi- ſtimans illos in cōmuni vtilitate verſari, ab omni iniuria abſtinet. Itaq; ſoluti metu agricolę terrāq; liberè colentes, rerum afferūt vbertatem. Viuunt

Indorum gens in ordines ſeptē diuiſa.

Philoſophi quantū vitę noſtrę proſint.

autem in campis cum vxore & liberis,neq; in vi
bes cõmeant:dãt Regi(oĩs enim India ſubdita eſ
Regibus) tributũ, nulli priuato licet agros poſſi
dere abſq; tributo, quintã quoq; fructuum part
Regibus impendũt. Tertium ordinem cõficiun
omnis generis paſtores,qui neque in ciuitatibus
neq; in villis morãtur. Vtuntur tabernaculis,ve
natu ac retibus: tutas à feris auibusque regione
reddũt.Hoc exercitio Indiam domeſticã præſtãt
multis variisque tum beſtiis tum auibus ſement
agricolarũ infeſtis copioſam. Quartum locũ arti
fices tenent, quorũ pars armis,pars ruſticis inſtru
mentis,alij aliis vtilibus rebus fabricandis vacã
Hi non ſolũ immunes à tributo ſunt, ſed frumen
tum inſuper à regia percipiũt. Quinto ordine mi
lites,ſed numero ſecundi, belli diſciplina exercen
tur: oĩs ea multitudo armis dedita, tum equi ele
phantiq; bello apti ex Regia victũ habent. Sextus
eſt ordo Ephororũ, hi quæcunq; in India agũtur
inſpicientes,regi referunt. Septimo loco exiſtunt
qui publicis conſiliis prçſunt,numero pauciſſimi,
nobilitate prudentiaq; maxime inſignes. Ex his
enim ad Regum cõſilia,tum ad rempublicã geren
dam,tum ad res dubias iudicãdas aſciſcuntur:du
ces inſuper ex his deligũtur,ac principes. Has in
partes Indiæ politia diſtributa,haud quaquã licet
vnius ordinis virũ alterius vxorem ducere, neq;
exercitium mutare. Neq; enĩ fas eſt militẽ agrum
colere,aut philoſophari artificem. Sũt & apud In
dos ſtatuti principes,qui iniurias ab aduenis pro
hibent: ſi qui eorũ infirmẽtur,conductis medicis
curãt,defunctosq; ſepeliunt, eorũ pecunia proxi
mioribus tradita. Iudices cauſſas cognoſcũt,ſon
tes diligenter puniunt. Seruilis conditionis apud
eos nemo fuit, imò lege quadam ſancitũ, neminẽ
omni

Apud Indos nemo ſeruilis cõditiõis

omnino ſeruum eſſe: liberos æquo iure honoreq; haberi omneis, qui aſſueſcerẽt neq; præſtare cæteris neq; iniuria quenquam afficere, optime ob oẽs fortunę caſus inſtituiſſe vitam. Stultũ ſanè videri leges æquas omnibus poſitas, fortunas non æquè omnibus cõmunes eſſe. Sed quia Indorũ gentes multę ſunt, et forma & lingua propter latiſſimum regionis tractũ diuerſæ, nõ iiſdem quos deſcripſimus moribus æque omneis viuunt, ſed quibuſdã etiam in cultioribus. Eorũ qui aurorã ſpectãt alÿ rei pecuariæ dediti ſunt, alÿ non. Item alÿ in paluſtribus fluminibus habitãtes, crudis veſcũtur piſcibus, egreſſi arundineis nauigiis exceptant. Singula autem nauigia è ſingulis arundinis internodiis fiunt. Iſti ex Indis ferunt veſtem è tegete, quã vbi è flumine meſſuerũt inciderunt q; plectentes in modũ ſtoreæ, tanquam thoracem ſibi induunt. His finitimi aurorã verſus ſunt Indi pecuarÿ carnibus crudis veſcentes nomine Padæ, qui talibus vti moribus narrantur. Quoties ciuium aliquis aliquave ægrotat, virũ quidem ſui maxime familiares interimũt, q; dicant illum morbo tabeſcentem carnes ipſis corrupturũ: & licet ſe neget ille egrotare, at nihilominus iſti non ignoſcentes necant eum, epulanturq;. Mulieri verò ſuæ maxime neceſſariæ idem, quod viro viri faciunt. Qui autẽ ad ſenium peruenit, eo itidem mactato paſcuntur. Ideòque quum hac de cauſſa, tum quia in morbis necantur, non multi ſanè eorũ ad ſenectutem perueniunt. Eſt aliorum Indorum hæc diuerſa conſuetudo, vt nullum animantem interimant, vtq; nihil ſerant, nec domos parandas exiſtiment, atque herba victitent. Eſt eis ſemen quoddam milÿ inſtar ſua ſponte naſcens è terra ſuo in calyce, quod cum ipſo calyce lectum coquunt eduntq;.

Nauigia Indorũ ex arũdinũ internodiis.

Ægrotãtes interimuntur & comeduntur.

Quorum

Moriendi ritus. Quorum quiſque in morbū incidit, is in locū d
ſertum pergit, ibiq; decūbit, eius vel diſcūbent
vel defuncti curam gerente nemine. Horū etia
oīm quos iam recenſui Indorū, coitus in propa
Gymnoſophiſtę Indorum philoſophi. lo eſt ſicut pecorū. Philoſophos habēt Indi Gy
noſophiſtas, qui vt Petrarcha ſcribit, vltimas
vmbroſas regionis partes incolentes nudi (quo
ipſum nomen indicat) ac vagi in ſolitudinib⁹ p
loſophantur, ab ortu ſolis ad occaſum perſtante
immobilibus oculis orbem candētiſſimi ſyder
cōtuebantur, in globo igneo rimantes ſecreta qu
dam. Inſiſtebāt alternis pedibus toto die feruen
bus harenis citra dolorem, & frigora niuium, &
Bracmana gens. flammę æſtus perferebant. Inter quos Bracmar
gēs fuit, quę vt Didimus eius rex Macedoni Al
xandro, qui illam debellare cogitarat, ſcripſit, pu
& ſimplici vita viuit, nullis rerum illecebris cap
tur. Nihil appetit amplius q̃ ratio naturę flagita
facilis huic alimonia: nō quam luxuriæ ſagacita
per omnia elemēta perquirit, ſed quā tellus ferr
inuiolata producit. Menſas epulis onerat innocu
is. Hinc eſt ꝙ genera morborū nec nomina num
rat diuerſa, ſed diuturna ſalute perfruit̄: opem no
precatur alter ab altero, vbi viuitur cōmuniter.
Inter pares locus nō prębetur inuidiæ, vbi nullu
ſuperior eſt. Oēs diuites facit paupertatis æquali
tas. Iudicia non habet, quia corrigenda nō facia
Leges nullas tenet, quia crimina nulla proferant
Vna genti lex eſt, contra ius nō ire naturæ. Quæ l
borem nutriat, auaritiam non exercet, ocium tur
pe deuitat. Libidini membra ad debilitandū no
tradit. Omnia poſſidet, quęcūq; non cupit. Quod
ferociſſima ſit peſtis cupiditas, quæ ſolet egeno
quos capit efficere, dum finem inquirendi non in
uenit, ſed & magis quo fuerit locupletata mendi

cat

t. Sole caleſcit, rore humectatur, ſitim riuo fran
it, thorũ miniſtrat humus. Somnũ ſolicitudo nõ
impit. Mentẽ cogitatio non fatigat. In homines
bi ſimiles ſuperbia nõ agit imperium, nec quen
uam vel minima ſeruitute exigit, præter corpus
uod ſolũ animo famulari debere cenſet. In extru
idis domibus igne ſaxa nõ ſoluit, nec admixtio
: pulueris cæmenta duriora cõficit: quin potius
defoſſis telluris ſpeluncis aut cõcauis montium
tebris habitat: nullos ibi ventorũ fremitus, nul
ıs turbinis tempeſtatem formidat. Tutius ſe ab
ıbre defendere ſpeluncã arbitratur q̃ tegulã: cu
s geminus eſt vſus, dum viuat manſionis, ſepul
ıræ quãdo moriatur. Nullus ibi pretioſus ami
us, ſed membra papyri tegmine, vel quod veri
ı pudore velantur. Fœminę non ornãtur vt pla
ant, nec ſciunt in augenda pulchritudine plus af
ctare q̃ nactę ſunt. Ad concubitũ non admonet
ıido, ſed ſobolis amor. Bella non gerit, ſed pacẽ
oribus non viribus confirmat. Nemo parens ſi
comitatur exequias, nulla extruit inſtar templo
m ſepulchra defunctis, nec in gemmatis vrnis
nera combuſta recondit, ꝙ non honoris eſſe du
t, ſed pœnę. Peſtilẽtiam aut alios corporis mor
ıs, vt dictũ eſt, Bracmani nõ patiuntur, ꝙ fœdis
tibus cœlum non temerãt, ſed ſemper apud eos
ıet natura cũ temporibus cõcordiam, & vices
ıs elementa inoffenſa cuſtodiunt. Medicinæ re
edium parſimonia eſt, q̃ nõ ſolũ illapſos poteſt
rare dolores, ſed etiã procurare ne veniant. Nul
udicra ſpectacula affectant, ſed theatrũ ſpectare
ıum volunt, geſtorũ monimenta relegunt: quæ
ıum ſint maxime ridenda, deflent. Nõ in fabulis
nilibus (vt multi) delectant, ſed in pulcherrima
undialis machinæ, & rerum naturalium diſpo
ſitione.

Speluncas Bracmani inhabitãt.

Parſimonia morborum omnium curatio.

ſtione. Mercandi gratia pontum claſſibus nō na
uigant. Artē bene loquendi non diſcunt. Simple
eſt apud illos eloquentia, cōmuniſq; omnibus, ſ
lum pręcipiens nō mentiri: forum ſcholaſq; mir
me frequentant, quorū doctrina diſcors, ſtabile n
hil certumq; diffinit. In honeſtate vna gentis par
alia in voluptate bonū conſtituit. In cultum diu
num innocuas pecudes non mactant, dicentes d
um ſacra ſanguine pollutorum nō accipere: cult
potius diligere incruentū, verbo propitiari orat
tium, quod ſolum ei hoc cū hoīe eſt, ſua ergo ſim
litudine delectari. In Cathæis Indis multę vxore
in vnius viri coeunt matrimonium. Et is vbi v
ta diſceſſerit, apud grauiſſimos iudices ſuam qua
que de meritis agunt cauſſam: & q̄ officioſior pr
cæteris viro chariorq; fuiſſe iudicantium ſentēti
cōprobatur, illa in habitu ornatuq;, quo cultius
exornare poteſt, victrix & lętabūda rogum aſce
dit, ac iuxta mariti cadauer accubat, amplexans il
lud & deoſculās ſuppoſitis ignibus pudicitiæ la
de cōtemptis cū coniuge defuncto concrematu
cæteræ cum nota & dedecore viuunt. Liberi al
ineunte ætate nō parentū arbitrio tollūtur, ſed e
rum quibus id negotium publicè iniungitur, ten
rorū infantium illi habitū inſpiciunt. Ac ſi qui ſe
gnes ab initio, aut parte aliqua corporis debile
deprehendūtur, necari iubent. Connubia nō op
bus & nobilitate, ſed formæ præſtātia concilian
inter ſe, liberorū magis q̄ voluptatis cauſſa. Con
ſuetudo & apud Indos quibuſdā hęc eſt, vt qui
lias prę inopia locare nō poſſint, in ipſo ætatis fl
re, cū tuba & claſſicis quibus bellica ſignificari ſ
lent, in forū producant, tum multitudine cōuoca
ta puella accedenti primum poſteriora humerote
nus detegit, poſtea anteriora, quę quū placita fue
rit, &

Religio Bracmanorum.

Cathęę Indi vxores multas habent.

Vxorū chariſſima cum defuncto viro cremať.

;, & approbata quibuſcũque videtur illa nubit.
[M]egaſthenes per diuerſos Indiæ mõtes nationes
[e]ſſe ſcribit capitibus caninis, armatas vnguibus,
[a]mictas veſtitu tergorum, ad ſermonem humanũ
[nu]lla voce, ſed latratibus tantũ ſonãtes aſperis ri-
[ct]ibus. Gangis fontẽ qui accolũt, nullius ad eſcã
[o]pis indigẽt, odore viuunt pomorũ ſylueſtrium,
[lo]ngiusq; pergentes eadem illo in prȩſidio gerũt,
[u]t olfactu alantur. Quòd ſi tetriorem fortè ſpiri-
[tu]m traxerint, exanimari eos certum eſt, & illorũ
[al]iquos in Alexandri caſtris fuiſſe memoriȩ tradi-
[tu]m eſt. Legimus monoculos quoque in India
[eſſ]e: Quoſdam etiam tam inſigniter auritos, vt au
[re]s ad pedes defluant, atque in alterutram earũ de-
[cu]bent, quarũ duritie arbores conuellant. Quoſ-
[da]m item ſingulis pedibus, & adeò latis quidem,
[u]t vbi ſe defendi à calore velint, reſupinati his to-
[ta]liter inumbrentur. Apud Cteſiam legitur quaſ
[da]m fœminas ibi ſemel tantum parere, natosque
[ca]nos ilico fieri. Eſſe rurſus gentem alteram, quȩ
[in] iuuenta ſit cana, nigreſcat in ſenectute, vltra æui
[n]oſtri terminos perennantem. Eſſe etiam perhi-
[be]nt alteram fœminarum gentem, quȩ quinquen
[ne]s concipiant, ſed vltra octauum annum viuen-
[di] ſpatia non protrahere. Sunt qui ceruicibus ca-
[re]nt, & in humeris habent oculos. Sũt præter eos
[ia]m enumeratos ſylueſtres quidam homines cani
[ni]s capitibus, hirto & aſpero corpore, ſtridore ter
[rif]ico. Sed hæc & alia id genus, quæ de India &
[ge]nte eius memorãtur, quoniam magna eſt opus
[fid]e vt pro veris recipiantur, quã ne in iis quidem
[q]uæ ſunt pen è oculis admota, niſi grauate adhi-
[be]nt, qui aliena legunt ſcripta, parcius ſunt re-
[fe]renda. Cathaini hodie eam Indiæ partem
[q]uæ inter Gedroſiam Indumque fluuium ſita eſt,
atque

Monſtruoſæ Indiæ gentes.

Cȩnocephali in India.

Homines odore ſolo viuentes.

Monoculi in India.

Monopedes in India

Mulieres quinquennes concipientes.

Cathainorum mores

atque ab his modo Cathainum appellatur, inh
bitant. Scythicũ genus hominũ, & in quibus m
gna morũ mutatio facta videri poſſit, ſi vera ſu
quę Armenius Aitonus de illis prodidit in hiſt

Sagaciſſimi mortalium Cathaini.

ria: Sagaciſſimi ſunt, inquit, aiuntq; ſe ſolos hoi
duobus luminibus cernere, cæteros mortales a
cæcos eſſe, aut altero oculo captos, magnũ inger
acumen, ſed iactantia maior. Perſuaſum eſt vniu
ſæ genti, ſe cæteris mortalibus artium ſubtilita
& ſcientia longe antecellere. Candidũ genus h

Hoĩes natura ĩberbes.

minũ, paruis oculis, natura imberbes: literis vti
tur Romanis quadratura ſimilibus, alij alio ſup
ſtitionis aguntur delyrio. Cæterum omneis ve

Cathainorũ religio.

pietatis expertes. Solem adorant hi, illi lunã, qu
dam fuſiles ſtatuas, nõnulli bouẽ: variaq; per h
monſtra ſparſa eſt gentis ſuperſtitio. Nõ ſcript
leges, nõ fidem norũt vllam: & quum in opifici
mirum ſit gentis acumen, nulla tamen his rerũ d
uinarum notitia. Timidum genus hominũ, mo
temq; formidans: gerunt tamen bella magis ing
nioſe, q̃ fortiter. Sagittis in pugna vtũtur, telorũ
generibus, quibuſdam hoĩbus aliarũ gentium m

Moneta papyracea in vſu.

nime notis: papyracea moneta in vſu, quadra
forma, & in ea regis imagine expreſſa. Quæ ſi v
tuſtate obliterari cœperit, obſoletã cum recenti
impreſſa in regia commutant. Supellex ex auro
argento, cæterisque metallis: olei inopia inſigni
hoc reges duntaxat vnguenti loco vtuntur. Et d
Indis hactenus, nũc de Scythis qui ſunt Indiæ c
termini, dicendum.

## DE SCYTHIA, Scytarumq; feris moribus. CAP. IX.

Scythiæ appellatio.

SCythia regio ſeptentrionalis, à Scytha Herc
lis filio, vt tradit Herodotus, dicta: vel, vt B
roſus, à quodam alio ex Araxe priſca, quę Noę c

ium

inx fuit,genito indigena Scythiæ. Hi olim à pri
ıordio paruam patriam poſſidebant, poſtmodo
aulatim per virtutē & vires aucti, quum regio-
es multas ſibi ſubdidiſſent,in magnū imperium
loriamq́ꝫ peruenêre. Ea primū natio iuxta Ara-
im flumen parua numero propter ignobilitatē
ɔntempta cōſedit,nacti regem quendam bellico-
ım & militari virtute precipuum,agros amplia-
ınt. Montanos quidem vſq́ꝫ ad Caucaſum,cam-
eſtres verò vſque ad oceanū & Mεotida paludē
iaq́ꝫ loca ad Tanaim vſq́ꝫ flumen,à quo Scythia
ɔſa longo tractu verſus ortū protenſa Imao mō-
: per medium velut in duas Scythias diuiditur,
uarū vna Scythia intra Imaum montem dicitur,
tera extra. Ab alieno imperio aut intacti aut in-
icti Scythæ ſemper manſerūt:Darium Perſarum
:gem turpi à Scythia ſubmouêre fuga. Cyrum
ım omni exercitu trucidarunt. Alexādri Magni
ıcem cū copiis vniuerſis deleuerunt. Romano-
ım audiuere,non ſenſere arma:gens & laboribus
: bellis aſpera,vires corporū immenſæ. Hæc in-
:r ſe olim diſcreta non erat, vtpote quæ neque
;rum coleret,neq́ꝫ tectum ſedesve haberet vllas
:r ſolitudines & inculta vagabatur loca,armen-
ı pecoraq́ꝫ præ ſe agens. Coniuges & liberi plau
ris vehebantur.Legibus nullis obnoxia,iuſtiti-
n ſponte colebat. Nullum furto grauius in tota
ente flagitium fuit,vt quæ non parietibus aut ſe
tis armentū circundat, ſed in propatulo habeat.
[ullius ipſi aut auri aut argenti vſus. Lac & mel
ı cibatu frequens,contra frigora & rigores feri-
ls pellibus murinisq́ꝫ corpora communibat. La
:us vſus ac veſtium ignotus genti. Erat is ſanè
iuendi ritus frequens Scythis, ſed nō omnibus.
leriq́ꝫ eorū,vt loco plurimum diſtāntes, ſic ab in-

Scythæ ſemper inuicti permāſerūt.

uicem vita diuerſi, veluti peculiares inter ſe foue
bant mores, de quibus poſtea dicemus, vbi adhu
cõmunes quoſdam dixerimus. Gaudẽt Scythari
plures humana cęde. Quem primũ virum in bell
vir Scytha ceperit, eius ſanguinem potat: quoſcũ
que in prælio interemerit, eorũ capita regi offert
Nam capite ablato fit prædę, quamcunq; ceperit
particeps, alioquin expers. Caput hoc modo præ
cidit, in orbẽ illud amputat circa aures, verticeq;
ſumpto excutit, deinde pellem detrahit, & vbi, ſi
cut bouis corium, manibus molliuit, tanquã man
tile poſſidet, eaq; ad habenas equi ſui appenſa glo
riatur: qualia mantilia vt quiſq; plurima habet, ita
vir præſtantiſſimus iudicatur. Multi etiam ſunt, q
coria hęc humana tanquã brutorũ conſuunt, qui
bus pro amiculis induantur. Cæſorũ hoſtium ma
nus dextras cũ vnguibus excoriant quidã, atq; cũ
iis pharetrarum opercula obducũt. Nonnulli to
tos homines excoriant, & coria ſuper ligna exten
ta ſupra equos circũferunt. Capita dicto modo ex
ciſa exterius crudo bouis corio ſuperducunt, inte
rius inaurãt etiam qui ditiores ſunt, & pro pocu
lis vtuntur: hoſpitibus qui ad eos veniunt, viri ali
cuius exiſtimationis exhibent, referuntq; illos à ſe
eſſe ſuperatos, id ſtrenuitatis loco ponẽtes. Semel
quotannis ſinguli regionum principes vinum cra
teri miſcent, de quo Scythę omnes hoſtium homi
cidę bibũt, nemo guſtat qui nihil præclari operis
ediderit, ſed ſine honore ſeorſum ſedet, quæ res
apud eos maximę eſt ignominiæ. Qui verò com
plures cædes fecerunt, hi duobus pariter quos ha
bent, calicibus potant. Deos hos ſolum propiti
antur et colũt, Veſtam ante omnes, deinde Iouem
ac tellurem, exiſtimãtes Tellurem Iouis cõiugem
eſſe. Poſt hos Apollinem, & cæleſtem Venerem,
Martem

*Homicidio Scythæ gaudent.*

*Humana coria pro amiculis cõcinnantur.*

*Oſſa capitis humani Scythis pocula prębẽt*

*Dij Scytharum & religio.*

Martem & Herculem. Nulli tamen ex iis ſimula-chra, aras & delubra facienda putant, prȩterquam Marti, cui ex captiuis centeſimum quenq; immolant, cæteris tum alia pecora, tum prȩcipue equos. Sues pro nihilo putant, quos nec alere omnino in ſua regione volunt. Rex in quos morte animaduertit, eorũ ne liberos quidem relinquit, ſed vniuerſos mares interficit, fœminis nihil læſis. Fœdera cum quibuſcũq; ineunt Scythæ, hoc modo: Infuſo in grandem calicem fictilem vino, cõmiſcent eorum ſanguinem, qui fœdus feriunt percutiẽtes cultello aut incidentes gladio aliquantulũ corporis, deinde in calice tingunt. Acinacem, ſagittas, ſecurim, iaculum, hȩc vbi fecerũt, ſeſe multis verbis deuouent, poſtea vinum epotant nõ modo hi qui fœdus fecerũt, ſed etiam comites hi, qui ſunt maximȩ dignitatis. Regum ſepulchra apud Gerros ſunt, vbi Boryſthenes iam nauigabilis eſt. Ibi quum rex eorum deceſſit, ingentem ſcrobem effodiunt, forma quadrata dehinc mortuum accipiũt, corpore incærato, aluo euulſa atq; expurgata, quã ſilere cõtuſo & thymiamate apiiq; ſemine & aniſi quum expleuerũt, reſuunt rurſus, impoſitũq; plauſtro cadauer ad aliam gentem ferunt: quod qui excipiunt, eadem agunt. Sed regij Scythȩ aurem decidũt, crinem circumtondẽt, brachia circũcidunt, frontem naſumq; conſauciant, ſiniſtram manũ ſagittis traiiciunt. Poſtmodo cadauer ad aliam gentem cui imperitant, ferũt: quæ ipſos comitatur ad eos vnde primũ venerant, vbi iam mortuum circumferentes ſingulas gentes luſtrauerunt, quibus imperitauit, apud eos deponunt. Qui in extremis habitãt & in ſepulchris, ij poſtquã illũ ſup thorũ in loculo cõſtituere, haſtis hinc atq; illinc defixis, deſuper ligna diſponunt, atque pallio contegunt,

Ineundi fœderis forma apud Scythas.

Pompa in regio funere.

Regij Scythæ.

deinde vbi in reliqua loculi ſpatioſitate pellicum vnâ oim chariſſima, miniſter vnus, coquus, agaſo, viator, pincerna, equus ſtrangulati ſunt, cū aureis phialis aliarumq; rerum omnium primitiis conſepeliunt. Circumacto anno hoc iterum agunt, è famulis regis intimos ſumūt. Sunt autem famuli regum ingenui Scythæ, & quos ipſe rex iuſſerit, nā nullus venalitius Regi miniſtrat. Horū miniſtrorum quinquaginta vbi ſtrangulauerūt, ac totidē præſtantiſſimos equos, eductis inteſtinis palliisque rurſus diſtentis atq; conſutis: per ambitum regij ſepulchri fornicato opere equos, & ſuper eos famulos inſidentes erigunt, ac ita ſtatuunt, vt procul aſpicienti equitatus ſpeciem, defunctū regem cuſtodientis prębeant. Et talis Regum humatio eſt, & ſepultura. Habent & priuati morem quendam in ſepeliendo, nam vbi quis deceſſerit, proximi quique in plauſtrū collocatum ad amicos circunferunt, eos ſinguli amicorū excipientes, epulū præbent, tam propinquis q̃ cæteris cadauer comitantibus. Ad hūc modum quadraginta diebus circumactū, dehinc humatur, capite prius exinanito atq; abluto: ſupra corpus tria ligna ſtatuunt mutuo inclinata, circa quæ prætendunt lanea pilea q̃ maxime poſſunt cōſtipantes, & in ſcapham in medio lignorum pileorumq; poſitam lapides coniiciunt ex igne perſpicuos. Viri Scythæ nō lauantur, ſed vxores eorū infundentes aquā, corpora ad lapidem aliquem ſcabrum conterūt, cypreſſo, cedro, aut thuris ligno, deinde perfrictum corpus, quum intumuerit, illud faciemq; medicamentis oblinunt. Id eas ſimul bene olentes facit, ac poſtero die medicamentis amotis mundas & ſplendidas. Iurandi iuſiurandumq; interponēdi ipſis per regium ſolium mos eſt; quo ſi quis periuraſſe à diuina-

Cū rege intimi famuli ſepeliuntur quiquagīta

Priuatorum Scytharum humatio.

Lauandi mirabilis ritus.

uinatoribus,qui hoc ſalignis virgis experiuntur, conuincitur, ſine mora capitis pœnam ſubit, atq; facultates omnes amittit:quas accipiũt qui illum periuraſſe probauerunt. Maſſagethę populi Scythiæ in Aſia vltra mare Caſpium,veſtitu & victu Scythis perquàm ſimiles.Quo fit vt Scythę à pleriſq; credantur.Ex equis pugnãt & pedibus,vtroque pugnę genere penè inuicti.Sagittis,haſta,ſangari ( ſic enim ferrum quo vulgô accincti ſunt dicitur)auro in baltheis & capitis ac axillarũ ornatu vtũtur,aureos thoraces equorũ pectoribus induunt. Ex auro frena & phaleras cõficiunt,æreas cuſpides haſtis præfigunt,ære pharetras muniunt. Ferri & argẽti nullus apud eos vſus.Singuli vxorem ducũt,eaq; communiter vtũtur,idq; Scytharum ſoli faciunt, ſi Scythæ habendi ſunt.Quoties aliquis mulieris libidine capitur,ſuſpenſa ad plauſtrum pharetra cũ ea ſine pudore concumbit. Terminus vitę nullus genti præfinitus.Vbi quis admodum cõſenuit,eum propinqui & neceſſarij in vnũ coëuntes cũ ouibus aliquot immolant,& carnibus pro epulo, vbi decoxerũt, indifferenter veſcũtur. Quod genus obitus apud eos beatiſſimum habetur. Languore extinctos non edunt, ſed terra operiunt,loco damni putantes,q; ad immolationem non venerunt. Nihl omnino ſerũt, pecoribus victitant & piſcibus,quos Araxes abundè ſuppeditat. Lac plurimum potant. Ex diis vnum Solem venerantur. Cui equos immolant, vt perniciſſimo ſyderi è pecoribus omnibus perniciſſimum mactent. Seres mites inter ſe quietiſſimi omnium,mortalium cœtus fugiunt,adeò vt cæterarũ gentium commercia abnuant, primũ eorum fluuium mercatores tranſeunt, in cuius ripis nullo inter partes cõmercio,ſed diſpoſito rerũ pre

Maſſagethę & mores eorum.

Seres omnium quietiſſimi,ſanctiſſimiq;.

tio, oculis æſtimantibus ſua tradũt, non emũt noſtra. Apud illos neq; meretrix, neq; adultera, neq; fur ad iudicium deducitur, neq; occiſus homo fertur ibi aliquãdo: ſed eſt apud eos legum ſuarũ metus vehementior, q̃ geneſis conſtellatio. In initio orbis terrę habitant, quia caſte viuant, nec erugine nec grandine, aut peſtilentia cæteris ve malis affliguntur. Fœmina poſtquã conceperit, à nemine petitur, neq; quum purgatur. Carnibus immundis nemo veſcitur, ſacrificia nulla nouit, ſecundũ iuſtitiam omnes ſibiipſis iudices fiunt. Ideò non caſtigantur huiuſmodi plagis quę pro peccatis accidere ſolent, ſed plurimũ temporis perdurantes abſq; ægritudine vitam finiunt. Tauroſcythę à monte Tauro circa quem habitãt, Virgini naufragos immolant, & quoſcũq; Gręcos illuc delatos, hoc modo. Poſtquã preces peregerint, hominis caput claua feriunt, truncũ eius quidã aiunt perturbari è rupe. Nam in rupe prærupta templũ eſt eorũ ſitum, cruci adfigũt caput, quidã de capite ſuffigendo cõſentiunt, ſed truncũ è præcipitio deiici negant, ſed humo contegi dicunt. Dæmonem cui immolant, aiunt eſſe Iphigeniam Agamemnonis filiam. In hoſtes quos ceperint, hoc agunt: Amputatũ quiſque hoſtis caput domũ portat, & fuſti ſuffixũ admodũ ſublime ſupra tecta ſtatuit, & plerũq; ſupra fumarium. Ideo in ſublimi locantes, q; dicant eos totius domus eſſe cuſtodes. Viuũt autem è rapto & ex bello. At Agathirſi excultiſſimi viri ſunt, et aurum plerũq; geſtantes in cõmune cum mulieribus coëunt, vt inter ſe germani ſint ac domeſtici omnes: nihil neque liuoribus, neque ſimultatibus mutuo exercẽtes, cæterũ ad Thracũ ſimilitudinẽ accedentes. Neuri Scythicis vtuntur moribus, q vna ante Darij expeditionem æſtate, coacti fuerãt pro-

Nullis calamitatibus affliguntur Seres.

Græcos Tauroſcythę Iphigeniæ immolant.

Hoſtium capita ſupra domorũ tecta figũtur.

Neuri quotannis dies aliquot lupi fiunt.

propter ſerpentium multitudinem, in ipſorū ſolo proceatam, terrā mutare. Sibi perſuadent, deieran tes ſe quotannis ad dies aliquot lupos fieri, & rurſus in priſtinū habitum & formā redire. Anthropophagi, id eſt, humanæ carnis comeſtores, agreſtiſſimos oīm hominū mores habent, nō iudiciis, non legibus vllis vtentes, rem pecuariam exercēt. Veſtem Scythicæ ſimilem geſtant. Linguam propriam habent. Melanchleni omnes indumenta nigra gerūt, vnde & cognomentū habent, qui ſoli ex his humana carne veſcūtur, inſtitutis Scythicis vtentes. Budini ingens natio atq; numeroſa, cæſiis oculis omnis ac ruſa. Gelonus vrbs, à qua & Geloni dicūtur, gentis caput eſt. Libero Trieterica, id eſt, triennalia agūt, & Bacchanalia exercēt, Græci quondam fuere, ſed Summoti, ibi conſederunt. Lingua adhuc partim Scythica, partim Græca vtentes. Sunt tamen Budini à Gelonis & lingua & vita diſpares. Nam quum indigenę ſint, pecuariæ operā dant, ſoliq; eius regionis pedūculos edunt. Geloni agriculturę operam dantes, frumento victitāt, & hortos poſſidēt, nihil illis neq; aſpectu neq; colore ſimiles. Horū regio oīs eſt arboribus frequēs ex lacu, q ibi etiā ingēs eſt, & multus. Lutrias capiunt, caſtores, aliasq; multas feras, ex quarū pellibus renones faciūt, atq; induunt. Lyrcæ è venatione victitāt, hoc modo: cōſcenſis arborib⁹, q̄ & per oēm eorū regionē frequētes ſunt, feris inſidiant. Singulis adeſt canis & item equus in ventrem cubare edoctus humilius ſubſidendi gratia: vbi quis ab arbore feram viderit, ſagittaq; percuſſerit, conſcenſo equo illam perſequitur, comitante cane. Argyppæi ſub excelſorū mōtium radicibus incolūt, homines q ab ipſo natali calui ſunt mares pariter & fœminæ: ſimis quoque naribus, & in

ἀνθρωποφάγοι oīm hominū agreſtiſſimi.

Melanchleni nigra oēs veſtimēta gerūt.

Budini pedūculos pręmordent.

Geloni.

Lyrcæ è venatu victitant.

Argyppæi natura calui.

& ingenti mẽto, proprio quodam oris ſono, Scythicam geſtantes veſtem, ex arboribus victitãte rei pecuariæ haud ſtudent: vnde eis pecorum non multũ eſt. Sub arbore quiſq; cubat: per hyemem quidem vbi arborem pileo albo firmoq; contexerint, per æſtatem verò ſine hoc pileo. His nemo mortalium iniuriam infert. Sacri enim dicũtur eſſe, nihil Martium armorũ poſſidẽt. Idem finitimorum cõtrouerſias dirimũt, ad quos quiſque cõfugit, is à nemine læditur. Iſſedones talibus moribus vti feruntur, quoties pater alicui deceſſit, omnes eius propinqui pecora adducũt: quæ vbi mactauerũt conciderruntque, cõcidunt & mortuum patrem illius à quo in conuiuium adcipiũtur, cõmixtisq; omnibus carnibus cõuiuium exhibent. Caput tum defuncti denudatum purgatumq; inaurant, eoq; pro ſimulachro vtuntur, agentes illi quotannis maiores hoſtias ceremoniaſq;. Hæc filius patri, pater filio facit, quemadmodum Græci natalitia. Dicuntur præterea & iſti iuſti eſſe, & ipſorum vxores peræquè fortes ac viri. Et tales olim fuere Scytharũ mores: à Tartaris poſtea ſubacti, & illorũ viuendi inſtituta cõplexi, Tartarorũ more viuunt, Tartariq; vno nomine vocantur.

*Homines opinione ſacri.*

*Iſſedones parentes defunctos comedunt.*

*Anniuerſariæ parentationes.*

## DE TARTARIA, GENtisq; Tartarorum moribus & potentia

### CAPVT X.

*Tartariæ ſitus & termini.*

TArtaria, quę & Mongal dicitur, vt Vincentius ſcribit, in ea terrę parte ſita eſt, vbi oriẽs Aquiloni coniungitur. Ab oriente Kathæorũ ac Solangorũ terram habuit, à meridie Sarracenorũ, ab occidente Naymanorũ, ab Aquilone Oceano circũdata. Tartaria à fluuio Tartar, qui per eam currit, appellata. Regio plurimum montoſa, vbi

*Tartarię appellatio.*

campe

campeſtris eſt,admixta glarea harenoſa eſt,ſterilis
niſi aquis fluuialibus,quę tamen rariſſimę ſunt,ir
rigetur. Et ob hanc etiam cauſſam multū deſerta
& infrequens eſt. Ciuitates in ea nullæ,nullæ vil-
læ, præter vnam quę Cracuris dicitur. Lignis in
pleriſq; locis adeò inops,vt arido boum & equo
rum ſtercore incolæ ipſi ignes fouere,atq; cibaria
decoquere cogantur. Aër & cœlum intempera-
tum & mirificū,tonitrua et fulgura in ęſtate adeò
horrenda,vt præ timore homines intereant: iam
calor magnus eſt, mox frigus & denſiſſimæ niues
cadūt. Ventorum frequenter tam validi flatus,vt
equitantes detineāt,& ad terrā homines deiiciāt,
arbores radicitus euertant, & multa damna infe-
rant. In hyeme ibi nunquā pluit,in æſtate frequen
ter, ſed adeò parce vt vix terra madefiat. Regio
alioquin oīm animalium diues,in camelis,bobus
&c. Iumenta & equos in tanta copia & multitu-
dine,quantam nō credimus reliquum mundi ha-
bere. A quatuor ab initio populis habitabatur.
Vnus Iecchamongal,id eſt,Magni mongali dice-
bantur. Secūdus Sumongal, id eſt,Aquatici mon
gali. Et illi ſeſe etiam à Tartar fluuio, iuxta quem
habitabāt,Tartaros appellabāt. Tertius Merchat
vocabatur. Quartus Metrit. Omnes vnam cor-
poris formā,vnam linguam habebant. Ferus ab
initio cultus,ſine moribus,ſine lege,ſine vllo vitæ
cultu, armēta paſcere, obſcuri nominis inter Scy-
thas,finitimorū vectigales. Mox gens ipſa in plu-
res velut tribus diuiſa eſt, cœpitque ſub ducibus
agitare,penes quos erat totius rei ſumma: pende-
re tamen nihilominus Naymanis vicinis accolis
tributū. Quum Canguiſta oraculo quodā primus
eſt Rex ab iis creatus, is recepto imperio primū
oim malorū dęmonū culturā abrogauit, edictoq;

Boum & equorū ſtercore ignes fouentur.

Tartaria pecorū diues.

Quatuor Tartariæ populi.

Vetuſtiores Tartarorū mores.

Canguiſta primus Tartarorū rex.

præcepit, vt tota gens deum optimũ maximu
coleret, cuius prouidentia regnũ credi voluit à
receptũ: edictũ eſt deinde, vt quicunq; per ætate
arma ferre poſſent, ad certum diem regi præſto
eſſent. Eſtq; militaris multitudo in hũc modũ
ſtributa, vt decuriones centurionibus parerẽt c
turiones chiliarchis, chiliarchi miriadum præf
ctis. Inde ad periclitandas imperij vires ſeptẽ pr
cipum (ex ijs, qui vniuerſę genti ante conſtitutu
regnum præfuerant) filios parentum manu iuſ
interfici. faceſſunt illi Imperium: etſi acerbum
atrox quũ multitudinis metu, tum religionis a
acti: credere enim vulgò cœli numen eiuſmodi r
gni initiis interfuiſſe, non regem, ſed deum ipſu
violari arbitrantes ſi illius dicto minus obtemp
raſſent. His fretus opibus Canguiſta primum fi
timos Scythas bello ſubegit, ſubiectos vectiga
les fecit, & cum his eos, quibus ipſi ad id tempu
tributum pependerant. Inde remotiores populo
aggreſſus tam proſpere, tamq; feliciter à Scythi
ad ſolis vſq; ortum, & ab ortu ſolis ad mediterr
neum mare, & vltra, armis ſuis omnia regna, ge
tes, & nationes ſubegit, vt merito iã ſe totius or
entis dominum & Imperatorem ſcribat. Sũt aut
Tartari omnium hominum deformiſſimi corp
re, vt plurimum, parui, oculos habent groſſos &
prominentes, multum coopertos palpebris, ita v
valde parua eſt apertura in eis: latas habent facie
& imberbes excepto quòd in ſuperiori labro, &
mento raros habeant pileos & volatiles: gracile
ſunt in medio communiter omnes: radunt capu
per verticẽ ab aure vna ad aliam in occipitium, it
vt raſura illa barbati formam prætendat, capillo
in reliqua parte quemadmodum mulieres noſtra
longos nutriũt, de quibus duas tricas ſiue corda
faciun

Margin notes: Militiæ ordinatio. — Tartarorũ corporis forma.

ciunt,& vtrãq; retro aures colligunt: quo more
ĵ Tartari ſolũ radũtur,ſed quęcũq; gentes eis cõ Equis Tar-
orãtur. Ipſi porrò leues ſunt & agiles,boni equi tari munia
s,pedites mali,nullus pedes vadit,omnes & mi omnia
mi etiam aut equis aut bobus inſidẽt quocunq; obeunt.
eundum: equitant etiã mulieres, equis vtuntur
ſtratis, & qui non feriunt: frena plurimo auro,
lurimo argento & gemmis exculta ſunt: campa-
ulas admodũ reſonãtes ex equi collo pendentes
eſtare glorioſum. Sermone horrido ſunt & cla-
ioroſo,cantantes luporũ more vlulãt: caput qua
unt,quãdo bibũt: bibunt autẽ q̃ ſæpiſſime & ad
brietatem,q̃ apud eos gloria eſt. Nõ in villis aut
rbibus,ſed in campo veterũ Scytharũ ritu ſub ta
ernaculis habitãt: paſtores enim ſunt plerię; oẽs Habitatio
n hyeme manere in planitie ſolẽt, in æſtate verò Tartarorũ.
aſcuarũ vbertatẽ ſectantes in montibus degunt.
tationes in tentorij modũ aut ex virgultis cõte-
ũt,aut filtro leuigatis lignis ſuſtẽto: in medio ro-
undã feneſtrã faciunt, q̃ lucem prębeat, & fumũ
mittat. Ignem in medio habẽt,iuxta quẽ liberi et
'xores verſanť. Sagittationibus luctationibusq; Venandi
'iri gaudẽt,venatores mirabiles ſunt,cataphracti ritus.
d venandũ pergũt, ferã cõſpiciẽtes corona circũ
tant: & tunc ſagittis,quas quiſq; in illã miſit,præ
editã capiunt. Panẽ non habẽt,nec pinſunt: map Religio tar
ɔis nõ vtunť, nõ mantilibus. Vnũ deum credũt, tarorum.
& ipſum oĩm eſſe tã viſibilium q̃ inuiſibilium fa-
ctorẽ: nõ tamen aliqua cęremonia aut ritu colunt
ed potius idola quędã de filtro aut ſerico ad hoĩs
ormam effigiata: ex vtraque tentorij parte conſti
uentes pecorum ſuorum cuſtodes eſſe precãtur,
atque plurimum reuerentiæ exhibẽt. His primũ
ac omnis iumenti ac pecoris offerunt,& antequã
quicquam vel bibere, vel comedere incipiunt,
partem

partem apponũt. Quodcunq; animal ad eſum r
ctãt, illius cor in ſcypho per integram noctem a
poſitum, mane coquunt & comedũt. Venerãt
etiam & ſacra faciunt Soli, Lunæ, & quatuor e
mentis. Chaam præterea regem & dominũ ſuu
filium dei exiſtimãtes, religioſiſſimè adorant, ſa
ficant: & tantũ illi tribuunt, vt digniorem in to
mundo non eſſe credãt, nec aliquem alium non
nare patiuntur. Cæteros homines adeò hęc ge
cõtemnit, & ſe prudentia & bonitate excellere p
tat, vt alloqui faſtidiat et à ſe explodat. Papã Ch
ſtianosq; cunctos canes appellant & idololatra
ꝙ lapides & ligna adorent. Ipſi maleficis artibu
intẽti, ſomnia obſeruãt. Magos habẽt, qui ea ipſ
interpretẽtur, & ab idolis reſponſa petant, & ac
piant. Deum enim cũ illis loqui perſuaſum hab
& propterea ex oraculo vniuerſa faciũt. Tempu
& pręſertim lunationes obſeruant, nullum tame
præ alio aut ſingulari feſtiuitate aut abſtinẽtia c
lunt, æqualiter omne habent. Tantæ auaritiæ &
cupiditatis ſunt, vt vbi quiſpiam aliquid viden
quod habere deſyderat, ſi illo potiri cum volũta
te poſſeſſoris nõ poſſit, dummodo Tartari nõ ſi
vi rapit: ex pręcepto & inſtituto regum licere ar
bitrãtes. Quum tale mandatũ à Canguiſta Cha
amq; primis regibus habeant, ꝙ quicũq; Tarta
rus aut etiam Tartari ſeruus equum, hominem, ſ
ue virũ, ſiue mulierem, in via repererit literas au
conductum regium nõ habentem, eum ſibi ven
dicet, & pro ſuo perpetuò vtatur. Pecunias indi
gentibus commutãt, ſed pro grãdi & intolerabil
vſura, vnũ denarium de decem ſingulis menſibu
accipientes: & de vſura vſuram, ſi dilata fuerit.
Tributarios ſuos tantis tributis, tantis exaction
bus moleſtãt & aggrauant, quãtis nullę aliæ gen
tes vn

*Chaam regem filium Dei credentes Tartari adorant.*

*Auaritia Tartarorum inſatianda.*

*Vſurarij Tartari.*

: vnquam ſuos exercuiſſe leguntur. Incredibile
atu eſt: Cupiunt ſemper, & vt domini oĩm ex-
rquẽt, nihil retribuunt. Mendicantibus eleemo
nam etiam denegant. In hoc laudantur, ꝙ pran-
o aut cœnę ſuperuenientes, volentes comedere
i excludunt aut repellũt, ſed inuitant, & quibus
ſcũtur miſericorditer communicãt. Victus au-
m immũdiſſimi ſunt, vtpote qui menſas, vt di-
ım eſt, mantilibus nõ operiant, manutergiis nõ
antur: quum manus non lauent, nõ corpus, non
ſtimenta: panem neq; edant, neq; conficiant: ole
nõ edant, nõ legumina, ſed tantummodo oĩm
imantium carnes. Canum etiam & cattorum,
uorũ ac grandiuſculorũ murium. Captorũ ini-
icorum corpora, ad crudelitatem ſuam oſtentan
m & vindicandi deſyderium. Ad ignem quãdo
ıe aſſant, & vbi plurimi comeſturi cõuenere, dẽ
ous (luporũ adinſtar) dilaniant atq; abſumũt: eo
m ſanguinem etiam ad hoc prius collectum, cra
ris infuſum epotant. Lac iumentinũ aliãs ipſis
otus eſt. Vinum apud eos nõ naſcitur, aduectũ
ut cæteri homines auidiſſimè bibũt. Alter alte-
ıs pedũculos comedũt de capite vel aliunde ex-
ahentes, & dicũt: Sic inimicis noſtris faciam.
elus magnum habetur, ſi cibi aliquid aut potus
rire permittitur. Ideoq; oſſa, niſi medulla prius
cepta ſit, canibus nequaquam proiiciunt. Nul-
m animal ex nimia tenacitate comedũt & abſu
unt integrũ & ſanum, ſed quando mutilatũ fue-
;, cœperitq; iam aut ſenectute aut aliqua alia per
cie langueſcere. Multũ frugales ſunt, & in pau
s minimiſq; cõtenti: bibũt mane vnũ vel duos
yphos lactis, & interdũ toto die aliud nihil bi-
ınt aut comedũt. Veſtitu tam viri q̃ mulieres ſe
vno induuntur; viri mitris caput obtegũt non
mul-

Crudelitas Tartarorũ.

Veſtitꝰ Tartarorum.

multum profundis, obtuſis antè, retrò cauda
vnius palmi longitudine, pari latitudine, qua
capiti adhæreant, & ne à vento quidem deturb
tur,iuxta aures inſutas faſcias habent, quibus ſ
mento cõnectantur. Fœminę coniugatæ caniſ
quodam rotundo teguntur vnius pedis & ſen
lõgitudine,in ſummitate inſtar dolij plano,diu
ſicolori ſerico aut pictis pauonũ plumis circũ
nato,gemmis ad hęc & plurimo auro,cætero c
pore,vt quæq; diues eſt,ita veſtiuntur:potẽtio
purpura & ſerico,quemadmodũ earum viri. T
nicas portant miro modo formatas,fiſſura earu
in ſiniſtro latere,à quo induuntur & exuuntur:
dulos quatuor aut quinq; habet quibus claudit
Veſtimenta quę in æſtate gerũt,nigra ſunt cõm
niter omnia: quæ in hyeme pluuioſisq; tempo
bus alba,infra genua non deſcendũt: pelliceis v
ſtibus quibus maxime vtũtur,pilos nõ occulta
& carni applicant, vt nos, ſed corium, pilos p
pter decorem videndos præbent. Virgines à n
coniugatis,ac illæ à viris diſcerni facile nequeu

Vnus penè virorum & mulierũ habitus.

q; indiſcreto ferè omnes à viris & habitu et geſ
ſint. Fœmoralibus æquè omnes vtũtur. Bellu
inituri brachia quę nuda habẽt,quidam ferreis
minis circundãt,corrigiis quibuſdam concate
tis,quidam multiplicato corio, quo etiam cap

Bellica Tartarorum arma.

obmuniunt.Scutis vti neſciunt, pauci quoq; la
ceis & longioribus gladiis.Enſes habent brach
li longitudine ab vna parte faſtigatos,quibus p
gnantes à latere percutiunt.Equites ſunt agiles
gittandiq; ſciẽtiſſimi. Is omnium fortiſſimus c
ſetur,qui & imperij obſeruantiſſimus eſt.Sine ſ
pendio militãt, gens in præliis & rebus gerend
ſolers,& ad omnia momenta rerum imperium
obeundum præſto.Duces & principes bellũ n

intra

Intrant,ſed procul ſtantes,ſuos adclamăt,hortan-
turq́;,& quid facto opus ſit diligenter proſpiciũt.
Liberos, vxores, & aliquãdo hominũ imagines
equis impoſitas exercitui addunt, vt maior ac ho
ſti terribilior appareat. Nec fuga turpis,ſi condu-
cibilis ſit,aut neceſſaria. Sagittaturi dextrum bra-
chium ab armatura exuunt,& tanta vi poſtmodũ
ſagittas excutiunt,vt nullum armorũ genus ſit il-
lis non penetrabile. Turmatim pugnã capeſſunt, Stratage-ma Tartarorum.
turmatim fugiũt vulnifico ſagittarũ iactu ſequen
tem à tergo hoſtē conficientes. Inde pugnantium
paucitatem conſpicati,ſubito in pugnam redeunt
homines equosq́; ſagittãtes vulnerãt,ac tum ma-
xime vincunt, quum victi creduntur. Quum re-
gionem aliquam inuadere veniunt,diuiſo exerci-
tu ab omni parte inuadunt,vt eis occurri non poſ
ſit, ac nemo incolarũ effugere, ita victoriam ſem-
per in manibus habent. Illa ſuperbiſſime vtũtur
rapto nulli parcentes,non pueris,nõ mulieribus,
non ſenibus,omnes promiſcuē occidũt, præter ar
tifices,quos ad opera ſua reſeruãt: occidendos per
centuriones diuidunt,ſeruo cuique ad interficien-
dos decem, plures vel pauciores, prout numerus
fert,aſſignãtes:quibus omnibus bipenni,vt ſues,
mactatis,cæteris in terrorem hoc agunt: quenq́;
millesimũ accipiunt, & capite ſubuerſo, pedibus
ad ſtipem in medio cæſorum erectum ita ſuſpen-
dũt, vt ſuos adhuc admonere & audire videatur:
plerique ad iacentum corpora ipſa procedentes è
recentibus vulneribus emanãtem ſanguinem ore
excipiunt & ingurgitant. Nemini quantũcunq́; Crudelitas Tartarorũ ferina.
etiã ſe obligauerint,ſeruãt fidem, quin in deditos
eo modo & multo grauius ſæuiant.Iuuēculas mu
lieres,in quã quiſq́; incidit & quãcunq́; vult, ſtu-
prari licet;abducũtur quę liberalioris formę ſunt,
atque

atque in extrema oĩm rerum penuria ſeruire perpe
tuò cogũtur. Incontinẽtiſſimi enim oĩm hominũ
Tartari ſunt. Nam licet vxores ducant quotquot
volũt & ſuſtentare poſſunt, nullusq́ (excepta ſo
lummodo matre, filia, & ſorore) ipſis aut conſan
guinitatis aut affinitatis gradus ad matrimonium
contrahendũ obſtet, Sodomitici tamen vltra mo
dum ſunt, ſe nõ minus q̃ Sarraceni indifferẽter &
impunè cũ maſculis pecudibusq́ commiſcentes.
Mulierem quam ſibi coniungũt pro vxore nõ ha
bent, nec dotem accipiunt donec pepererit: vnde
ſterilem repudiare poſſunt, & aliam ſuperinduce
re. Hoc mirum eſt, ꝙ licet mulieres multę virum
vnum habeant, propter illum inter ſe non facile ri
xentur, quum tamen vna aliis præferri ſoleat, atq́
iam cũ illa mox cũ alia dormire. Vnaquęq́ autem
ſuam ſtationem habet, vnaquæq́ ſuam familiam:
caſtiſſimè viuunt. Nam in adulterio deprehenſi,
tam vir q̃ mulier, lege ipſa occidũtur. A re bellica
feriati viri pecora in paſcua ducunt, & cuſtodiũt,
venanturq́, & ſe luctando exercent. Aliud nihil
agunt, mulieribus omnia committũt. His curę eſt
& quę ſunt victui, & quę amictui neceſſaria pro
curare. Gens ipſa multas ſuperſtitiones obſeruat,
cultellum in ignem mittere, vel eo ſaltem attinge
re: carnes item ex olla cultello extrahere, magnum
nefas eſt. Nihil etiam iuxta ignem ſecuri ſecãt, ne
quocũq́ modo lædãt quem aliàs religioſe venerã
tur, & à quo omnia purificari debẽt perſuaſum ha
bent. Flagello quo equus impellitur, calcaribus
enim nõ vtuntur, corpus aut brachia quietis gra
tia ſupraponere, aut flagello ſagittas tangere maxi
me deuitãt. Iuuenes aues nõ ſolum non occidũt,
ſed nec capiunt quidẽ. Freno equum nõ verberãt.
Os oſſe alio non frangũt. Cibum ac potũ, præſer
tim

Sodomitici Tartari & Sarraceni.

In adulterio deprehẽſi lege occiduntur.

m lac nemo profundit. In ſtationibus nemo min
it: quod ſi obſtinatè aliquis faceret, abſq; miſeri-
ordia occideretur. Si autem neceſſitas cogat, vt ſę
ius fit, tentorium in quo factū eſt, & omnia quæ
eo cōtinentur purgari debent, tali modo: duos
nes, tres paſſus ab inuicem diſtātes faciūt, intra
uos haſtas duas infigūt, iuxta quęq; ignem vnā
atuentes. Deinde cordula ab vna ad aliam ducta
buccaranno intecta per medium illarū ceu per
nuam, quęcūq; purificanda ſunt, traducunt: mu-
eres duæ quarum hoc intereſt, in alia parte ſtant,
incatq; hinc vna, aquam inſpergētes, ac carmina
ugdam ſubmurmurātes. In cōſpectum regis nul
s aduena, cuiuſcūq; dignitatis exiſtat, & quanta
icq; agere habeat, admittitur niſi purgatus prius.
ui limen tentorij, in quo Imperator aut ducum
iquis moratur, pedib⁹ calcat, in ipſo veſtigio in-
rficitur. Præterea, ſi aliquis morſum fecerit, quē
eglutire nō poſſit, cogereturq; eundē euomere,
currūt illico omnes, & foramen ſub ſtatione fa-
unt, per quod extractum crudeliter necant.
Iulta alia ſunt, quæ pro inexpiabilibus peccatis
abēt: aſt hominem occidere, aliorū terram inua-
ere, res & bona aliorū contra ius faſq; diripere,
ei præcepta negligere, pro paruo aut nihilo du-
unt. In mundo quodam alio, quem tamen deſcri-
ere nō poſſunt, ſe poſt hāc vitam æternaliter vi-
turos credūt, & meritorum ſuorū condigna præ
nia percepturos. Quum quiſpiam infirmari cœ
erit, & morti iam vicinus eſſe, haſtam vnam cū
igro panno, tabernaculo in quo decumbit præfi-
unt, vt ab ingreſſu pręter euntem auertat. Nemo
nim hoc cōſpecto inuocatus intrare audet. Poſt-
uā verò defunctus eſt, oīs illius familia cōuenit,
c funus extra tentorium in locum aliquem antea

Purgandi per ignes ratio.

Limē regij tentorij cal-cans interfi-citur.

Æternā vi-tam Tarta-ri credunt.

deleƈtum clàm portant,& fouea lata profunda ſatis facta,tentoriolum in ea erigunt,menſam ſe culis inſtruunt:atq; defuncti corpus prius præc ſſi imo habitu veſtitũ ad eam applicãtes,vnà or nes terra obruunt.Sepelitur etiam cum eo iume tum vnum,& equus phaleratus vnus. Potenti res in vita ſeruum vnum eligunt,atq; cauterio ſi inuſtum ſecum tumulari faciunt:& hoc ideo, in alio mundo his vtantur. Dehinc amici aliu equum accipiunt,& mactant, carnes comedun cutem fœno repletam,atq; reſutam quatuor pal ſupra ſepulchrũ in defuncti ſignum erigunt. O in animę expiationem mulieres comburunt. C cute potentiores aliud agunt,in tenuiſſima lora lam diſcindunt,atq; his extenſis per ſepulchri ci cuitum terram demetiuntur tantum nãq; in al orbe defunctum ſortiri credunt,quantum hic a amicis illi hoc corio admenſum fuerit:Trigeſim die luctum finiunt.Quidam Tartarorũ Chriſti ni nominis,ſed peſſimi,parentes iam ſenio conf ctos,vt citius moriantur multa pinguedine d obeſcant,& inde defunctos comburunt, pulue diligenter collectũ,quaſi præcioſum aliquid obſ uant,illo cibaria ſua quotidie condientes.Qua a tem pompa,qua feſtiuitate Tartari poſt regis ol tum alium illi ſubſtituant, quoniam nedum ſcr bere,ſed legere fortè tædioſum,paucis abſoluan In locum in campis aptum ad hocq; conſuetur Principes,duces,barones & omnis populus tot us regni cõueniunt,tum eũ cui regnum aut ex ſu ceſſione,aut electione debetur in thronũ aureu collocant,atq; procidentes vnanimi voce, & e celſa oẽs in hunc modũ acclamãt:Rogamus, vo lumus etiam,& pręcipimus vt domineris nobi Reſpõdet ille: Si hoc à me vultis,neceſſe eſt, para

ti ſiti

*Sepeliẽdi Tartarorũ ritus.*

*Chriſtiani nominis Tartari parentes necant.*

*Mos in regis creatione memorandus.*

tiſitis quicquid prçcepero facere,quum vocauero venire,quocūꝗ miſero ire,quemcunꝗ occidi iuſſero id intrepidos faceſſere,& totū regnum in manus noſtras ſtatuere atꝗ cōmittere. Vbi reſpōderūt,ſumus:inquit rurſus,ergo oris mei ſermo, de cætero gladius meus erit:fit applauſus à populo.Principes intereà ipſum è regio ſolio exceptū ſupra filtrum in terra ſtratū humiliter ſedere faciūt ita alloquentes: Vide ſurſum & agnoſce deum, ac reſpice.filtrū in quo ſedes deorſum,ſi bene adminiſtraueris,ad votum habebis omnia:Si autē malè, adeò rurſus humiliaberis,ſpoliaberiſꝗ,vt ne exile hoc filtrum,in quo ſedes,tibi relinquatur: quo dicto,chariſſimā vxorum adiungunt, & ambos cum filtro eleuantes,hunc omniū Tartarorū Imperatorem,illam Imperatricem ſalutāt.Adſunt tū mox ab omnibus gentibus,quibus Impetrare habet,dona.Adſunt & quçcunꝗ Rex defunctus reliquit,de quibus nouus Imperator vnumquenꝗ principum donat,cçtera ſibi ſeruari prçcipit, & cum hoc comitia diſſoluit.In eius manibus ſeu poteſtate omnia ſunt: nemo poteſt, audetꝗ dicere, hoc meum eſt,vel illius eſt.Nemo commorari in aliqua terræ parte debet,quàm in aſſignata.Imperator ipſe ducibus aſſignat,duces millenariis, millenarij centenarijs,centenarij decanis,decani cæteris.Sigillum quo vtitur ita inſcribitur:Deus in cçlo,& Chuichuth Cham in terra:dei fortitudo, & omniū hominū Imperator.Quinꝗ maximos & robuſtiſſimos exercitus habet, quinꝗ duces , per quos oēs,qui obſtāt,expugnat:aliarū gentiū legatis ipſe nō loquitur,nec etiā in cōſpectū admittit, niſi tam ipſi quàm munera (ſine quibus venire præſertim nō debent nec poſſunt) à mulieribus quibuſdā ad hoc deputatis prius purgati fuerint: [Regū poteſtas notaſ.] [Sigillū Imperatoris Tartarorū]

Imperator Tartarorũ per ſe non reſpondet.

per medias perſonas reſpondet, quibus, quãdo c
quãdiu loquitur (quantũcunq; magni ſint) flexi
genibus auſcultare debent, & ita attendere, vt n
à verbo quidem aberrẽt. Nemini enim licet im
peratoris verba mutare, Nemini latę ab illo ſent
tiæ qualicũq; modo contraire. In publico is nu
quam bibit, neq; aliquis Tartarorũ princeps, ni
prius cantetur ei, aut citharizetur. Potẽtiores qu
equitãt, vmbella quę lõgiori haſtæ impoſita iuxt
eos portatur, obumbrãtur: quod & mulierib⁹ e
rum fieri dicũt. Et tales Tartarorum genti more
anno ab hinc ducenteſimo erant: hi viuendi ritu

Potẽtiores Tartarorũ, quum equitant, obumbrantur.

Georgiani, quos Tartari eodem ferè tempore d
uicerunt, cultores Christi erant ritum Græcoru
ſeruãtes, Perſis vicini, longo terrarũ tractu à Pal
ſtina ad Caſpios vſque mõtes eorum dominiu
extendebatur. Epiſcopatus decem & octo habe
bant, & Catholicũ vnum, id eſt, Epiſcopum vn
uerſalem, qui loco Patriarchę erat. Antiochen
patriarchatui ab initio ſubiecti erant, bellicoſi h
mines: raſuram in capite faciebãt, Clerici rotun
dam, Laici quadratam. Mulieres eorũ quædam
equeſtris ordinis erant, & ad prælium doctæ.

Georgianorum ritus.

Radũtur in capite Georgiani.

Mulieres ad bellum edoctæ.

Georgiani ordinatis iam aciebus in pugnam it
ri repletam optimo vino pugillarem cucurbita
epotare ſolebant, & aduerſarios poſtea animoſiu
adire. Clerici vſurę & Symoniæ liberè vacaban
cũ Armeniis mutuo & perpetuo odio perſiſtebã
Erãt enim & Armenij Chriſtiani nõis populus
antequã Georgianis ſubactis Tartari illos ſupe
rauere: ſed à fide rituq; orthodoxę eccleſiæ in mul
tis diſcordabãt. Diem natalis domini ignorabãt
nullas feſtiuitates, nullas vigilias, nec etiam quat
or tempora obſeruabant. Sabbato Paſchę non ie
iunabant, Chriſtũ eo die circiter veſperam reſur

Armeniorũ ritus.

rexiſſ

xiſſe aſſerentes. Omnibus ſextis feriis infra Pa
ſchatis & Penthecoſtes feſtiuitates carnes mandu
cabant. Multum ieiunabant, à ſeptuageſima qui-
dem incipiētes ita ſtrictè, vt nec in quartis ſextis-
que feriis oleo, vino aut piſcibus vterentur: plus
peccare exiſtimantes, qui his diebus vinum bibe-
ret, q̃ eum qui Veneris gratia lupanar ſubiret: die
Lunę penitus ſe ab omnibus cibis abſtinebāt, die
Martis ac Iouis comedebāt ſemel, die Mercurij &
Veneris omnino nihil, Sabbato verò & domini-
co die eſitabāt carnes, & reficiebātur laute. Per to-
tam ſeptuageſimam, exceptis ſabbatis & domini-
cis diebus miſſarum officia nemo celebrabat, nec
etiam ſextis feriis per totum annū, per hoc enim
violari ieiunium volebāt. Porrò duorū menſium
infantes, & quoſlibet alios indifferenter commu-
nioni admittebāt, aquam ſacrificio nō addebant,
a lepore, vrſo, corniculis, et huiuſmodi, ſicut Grę
ci Iudaizabant. In calicibus vitreis & ligneis ce
lebrabant, quidam ſine paramentis & ſacerdotali-
bus veſtimentis omnino, quidam cū diaconi &
ſubdiaconi infula tantū operti. Vſurę & ſymoniæ
tam clerici q̃ laici, quemadmodū Georgiani, æquè
studebant omnes. Sacerdotes quoq; diuinationi-
bus & necromātiæ incumbebant. Potationibus
magis q̃ laici vacabant. Vxores ducebāt, ſed poſt
mortem alterius ſecūda coniugia vtriſque prohi-
bita erant. Adulteram viro repudiare, & aliam du
cere licentiam Epiſcopi dabant. De igne purgato
rio penitus nihil tenebant. Negabant
etiam obſtinatè in Chriſto duas na-
turas fuiſſe. In triginta articu-
lis à recto Chriſtianę
pietatis tra-
mite eos aberrare Georgiani prodidere.

Ieiunia Armeniorum.

Sacerdotes Armeniorū vxores ducebant.

# DE TVRCIA, TVRCArumque moribus, legibus, & inſtitutis omnibus.

## CAPVT XI.

Turciæ fines.

TErra, quę nunc Turcia eſt, maiorē Armeni ab ortu habet, excurritque ad Ciliciū vſque p gus, ſeptētrionē verſus Euxino terminatur, ab tono Turquia dicitur, plures in ea prouinciæ: I caonia, in qua Iconium caput gentis: Capado in qua Cęſarea: Iſauria, vbi Seleucia: Licia: q̄ n Briquia. Ionia, quæ Quiſcum, vbi Epheſus. phlagonia, vbi Germanopolis. Lenech, vbi T pezus. Hoc quicquid eſt terræ, quę hodie Tur tenet nomē, nō vna gens inhabitat, ſed Turcę, ci, Armeni, Sarraceni, Iacobitani, Neſtoriani, Iu Chriſtiani. Secundum leges & inſtituta plæru viuentes quas Mahometus pſeudopropheta S racenus Arabiæ genti anno ſalutis ſexcenteſi atque vndetrigeſimo ſanxit: vir dubium Arabs Perſa, vtrunque enim traditur. Patre malorum d monum cultore, matre Iſmaëlita, & ob id Heb cæ legis non ignara: diſtrahere puerum illi, am guumque effingere, dum hic, dum illa ſuam vte legem ingerit. Igitur vtroque puer imbutus cul neutrum adultus recepit, quin homo callidus a vafer ingenio, inter Chriſtianæ pietatis viros d tiſſime verſatus, rem pernicioſam humano ger ri ex duabus legibus cōmentus. Hebræos aieb impiè facere, qui Chriſtum natum ex virgine i ciarentur, quando id prophetæ, viri pręcipua ſa ctitate, diuinoque afflati ſpiritu, futurum ceciniſſe expectandumque multò anteà pędixiſſent: con Chriſtianos ſtultè credere Ieſum Dei amiciſſin natumque ex virgine, opprobria & cruciatum à dæis perpeti voluiſſe, Martinus Segonius No

Gētes Turciam incolentes.

Mahometi parentes

Ex duabus legibus Mahometus vnam commentus.

montan

ontanus ſuo hæc de Chriſti regis noſtri ſepul-
ro memoriæ prodidit. Sarracenos & Turcas, ex Sarraceni & Turcæ quid de Chriſto.
tiqua Mahometi prædicatione ridere Chriſtia-
gentis homines, qui id conditorium venerabũ
obſeruent. Chriſtum prophetam ſummum af-
mantes, ex dei ſpiritu, omnis terrenæ labis exper
m, venturum iudicem gentium: inficiari tamen
rum ipſius ſepulchrum adiri, quoniam glorio-
m corpus, diuino conceptum flatu prorſus fue-
t impaſſibile. Hæc Segonius & alia in hanc ſen-
ntiam, quæ à Mahometicæ gentis hominibus
on magis impiè quàm ſtultè in noſtros iactari
leant. His pſeudopropheta quum ſuam gentem
alis imbuiſſet, legẽ tulit, cui ne ab hominibus ſa
æ mentis quãdoque iretur obuiam, abrogareturque
t ſordidæ & peſtilenti, capitalẽ inſcripſit pœnam
inxitque in ſuo Alcorano, ſi quis de ea auſus eſſet De lege Mahometi diſputare capitale eſt.
iſputare. Qua ſanctione palàm fecit nihil ſynce-
i in ea lege eſſe, quam velut myſterium quoddã
xerit vetueritque tractari, vt quale eſſet id quod
rebatur populus haud ſcire poſſet. Sergij Mona- Sergius monachus
hi Neſtorianæ impietatis viri conſilio & opera
i illa ferenda præcipuè vſus. Hæc vt popularior
ſſet, ex omnium gentiũ ſectis aliquid aſſumpſit. Lex Mahometi ex ſectis multis mẽdicata.
Chriſtũ imprimis laudandum cenſuit, virum fu-
ſſe affirmans ſanctũ & omni virtute præſtantẽ,
undemque ſupra humanitatis faſtigiũ ponere, nũc
verbum, nunc ſpiritum & Dei animam prædicãs
virginis vtero natum: ipſam virginem miris effer
e laudibus, aſtipulari miraculis & Euangelicæ hi-
toriæ quatenus à ſuo non diſcrepat Alcorano. Chriſtianis per quæ Mahometus blanditus eſt.
Euangelia ab Apoſtolorum diſcipulis corrupta
eſſe dicebat, oportuiſſe per Alcoranum ſuum
emendari: & Chriſtiani nominis multitudini per
hæc blanditus à Sergio voluit baptizari: inde in

aliorum ſtudia concilianda cum Sabellianis neg
re Trinitatem, cũ Manichæis binarium in diuin
numerũ ponere: Negare æqualitatem patris & f
lij cum Eunomio, Spiritum ſanctũ creaturam d
cere cũ Macedonio: cum Nicolaitis multitudin
vxorum probare. Et vetus teſtamentũ, tametſi
quoq; diceret quibuſdã in locis non carere viti
prætexuit his ambagibus incredibilem illecebr
quà facile vita capitur, remiſſis ſuæ genti Vener
Voluptatũ indulgẽtia. & omnium voluptatũ habenis. Serpit peſtis hæ
propterea in gẽtes innumeras, vt iam quota par
hominũ præ multitudine illa à vero aberrantiu
adhuc ſit in officio. Ex hoc facile attendi poteſt,
Chriſto credat nõ Europa tota, Mahometo aut
& illius maxima pars cũ tota ferè Aſia & Aphr
ca. Sarraceni, qui hãc pſeudoprophetæ impietat
& delyrium primi acceperunt, eam Arabiæ part
incolebãt, quę Petręa dicta eſt, vbi videlicet terr
Sarraceni vnde appellati. ipſa ab vno latere Iudææ inſerta eſt & reliq̃ Ægy
pto, à Sarraco loco Nabathæis propinquo: ſiue v
ipſi volunt, à Sara Abrahæ vxore appellati. Vnd
legitimos ſe oĩm mortalium ſolos diuinę promi
ſionis ſucceſſores eſſe adhuc perſuaſum habent.
Agriculturę quidam vacabãt & rei pecuariæ, ma
ior autẽ pars militiæ: & ob id ab Heraclio ad Per
ſicum bellum ſtipendio conducti, quum ſe ab illo
poſt cõſequutã victoriam fraudari cognouiſſent,
ira & ignominia accenſi Sarraceni, Mahometo du
ce & monitore in Syriam ſecedentes, Damaſcum
occupabãt, vbi copiis & cõmeatu aucti Ægyptũ
petebant: qua ſubacta Perſidem, poſtea Antiochi
Rerum Sarracenorum incrementa am, & hinc Hieroſolymam: adeò potẽtia & fama
indies eorum res creſcebãt, adeò indies augmenta
bantur, vt nihil amplius ipſis reſiſtere poſſe time
retur: quum Turcę fera & crudelis Scythica gens

ex Ca

:x Caſpiis mõtibus â finitimis pulſi,iam per Cau :aſeas portas in minorem Aſiam primè, poſtea in Armeniam,Mediam ac Perſidem deſcẽdentes, vi & armis omnia ſibi ſubiugarent. Sarraceni igitur iis vtpote Imperij fines defenſuri obuiam prçceſ erant,ſed quia ipſis impares erãt,in breui ad eam leſperationem adducti ſunt,vt Mahometi fide ab iis recepta,paſſi ſint eos in Perſide ſecum regnare: vt neſcias vtra gens maiorem fecerit iacturã,quæ anto regno ceſſerit,an quç eam ſibi peſtem incul- ari paſſa ſit regnandi cupiditate. Vnius itaq; fidei vinculũ ita vtranq; gentem copulauit,vt Sarrace ii pro Turcis,& contrà Turcç pro Sarracenis in- liſcreta appellatione aliquãdiu vocati ſint. Nunc vt video Turcarũ nomen inualuit,altero abolito.

Turcæ qua- lis gens,& vnde pro- greſſa.

Turcæ & Sarraceni in vnum confluxi.

Nõ vnũ apud hos equitũ genus in vſu. Sũt Thi- marcini,qui ſtipendiarij interpretãtur,ad octogin a millia:hi vicos,villas,caſtella,vt quiſque meri- us eſt,Regis indulgentia poſſidẽt ſtipendij loco, rçſtoq; ſunt Senſacho,duci videlicet eius prouin iæ,cui attributi ſunt.In duos hodie diuiſi ſunt ex rcitus, Aſiaticũ & Europeum,ductu inde maio- um ducũ militaturi,quorũ hic Aſiæ,ille Europæ ræſidet.Hos Baſſas gentili lingua appellant. Sũt & Aconiziæ fatales dicti,hi ſine ſtipẽdio militãt, mperq; agmen prçcedũt prædabundi, quintam rædç partem regi debent manubiarum nomine: int hi circiter quadraginta millia. Abiit tertium enus in Charippos, Spahiglanos, & Soluphta- os: præſtantiſſimi horum Charippi equeſtris di- nitatis illuſtres,& circa Regem frequẽtes octin- enti numero ex Scythis Perſiſq;:neq; alio genere ominũ lecti in cõſpectu Regis inſigniter, quum pus eſt,dimicant. Spahi & Soluphtari ſunt, qui initio ad turpem vſum,pueri adhuc, apud Re- gem

Militia Tur carũ ex qui bus cõſtet.

Baſſæ exer- citus Turca rum duces.

Aconiziæ milites fa tales.

Charippi equites il luſtres.

Spahi & So luphtari re- gij ſtipato- res.

gem fuere,mox adulti Regis indulgentia vxorem ducunt,auctiq; dote coniugis & ſtipendio pluri, mum oratorum vtũtur officio,Regis latus dextra leuaq; ſtipantes intereundum.Ad præfecturas & cęteras dignitates ex hoc ferè ordine legũtur: Mi le ſunt & trecenti numero. Triplex in peditibus ordo. Ianizari hi impuberes adhuc ex toto Im, perio leguntur à conquiſitoribus aliquandiu mili tari diſciplina inſtruuntur, ſub magiſtro in publi, cis gymnaſiis,mox militiæ aſcripti amiciũtur bre uiori veſte,& pileo albo ac ſurſum verſus erecto: arma,ſcutum,enſis & arcus: hi caſtra muniunt,vr bes oppugnãt,ſuntq; ad viginti millia, & ampli us.Secundi ſunt ordinis Aſappi,leuis armaturę pe dites,enſe,ſcuto & longiore haſta inſtruuntur, ru, bro pileo à Ianizaris diſcreti : hoſtium equos in prælio confodiunt: horũ numerus ad belli magni tudinem accommodatur,minimum quadraginta millia,cum Rege proficiſcũtur:his ſtipendium cũ bello finitur:ex hoc inſtituto,regius habet exerci, tus ad ducenta armatorum millia. Cæterum pe, ditum turba ſine ſtipendio volũtariorum aut euo catorum,ſuntq; his Calones mixti,Lixæ, fabri li gnarij,&qui pugnãtibus neceſſaria miniſtrãt:ſter nunt vias,per loca ardua & abrupta: põtes flumi nibus aut ſtagnis imponũt,aggeres in hoſtes eri, gunt,cæteraq; ad expugnatiões vrbium vtilia ex pediunt. Comitantur caſtra Numularij Trapezi tæ,inſtitores,atq; aliorum id genus hominum in gens colluuio, ne quid deſit eorum quæ humano vſui conducũt. Sed nihil eſt quod in ea gente ma, gis mirari poſſis, q̃ celeritas in agendo, in pericu, lis conſtantia,obſeruatio imperij:ad minima deli, cta capite plectuntur, profunda & vorticoſa tra, nant flumina,abruptos ſuperant montes,iuſſi per

Peditũ Turcarũ triplex ordo.

Regius exercit⁹ ducẽta millia.

Turcarũ in re militari peritia.

æqua & iniqua eunt præcipites, non vitæ ſed Imperij memores, peruigilij inediæq; tolerantiſſimi: nulla ibi ſeditio, nullus tumultus, fremitu non clamore vtuntur in prælio, in caſtris noctu tam pertinax ſilentium, vt patiantur captiuos dilabi, ne tumultus excitetur aliquis. Hi ex omni mortalium numero hodie legitime militant, vt nemini mirum videri poſſit, quid ſit q̃ res eorum tantum ad hūc diem creuere, quantū ducenteſimo abhinc anno nullius alterius gentis, poſſitq; verè dici eſſe id genus hominū inuictum, niſi aut lue aut peſte aliqua teterrima, aut domeſtica diſcordia vincantur. Veſtitus quo milites vtuntur, honeſtiſſimus eſt, nihil indecentiæ, nihil inhoneſtatis omnino habens. In ſellis ac frenis nulla curioſitas aut ſuperfluitas eſt. Armis indutus eorum nemo incedit, niſi quum pugna inſtet. Arma poſt eos in ſarcinis deferūtur. Vexillis non vtūtur, ſed lāceis, ex quarū ſummitate quædā diuerſicoloria fila dependūt, per q̃ ſinguli ducū à ſuis internoſci valeāt. Tympano tamen & fiſtulis ad conuocandū concitandumq; ad pugnā vtuntur. Regiſtrario, qui magnatū vn⁹ eſt, defuncto bello præſentari oīs exercitus debet, tum vt qui & q̃t bello amiſſi ſint cognoſcat, quū vt in illorū locū alij ſcribātur. Pro militibus in oībus cōgregationib⁹ & cōuiuiis orāt, ſed multo magis pro cōmuni patriæ cauſſa cæſis: felices beatosq; eos appellātes, q̃ non domi inter coniugū filiorumq; lamētationes obierūt, ſed foris inter hoſtiū fremit⁹ haſtarūq; fragorē. Maiorū ſuorū victorias deſcribūt, deſcriptas cantāt & extollunt: multū enim militū animos per hoc excitari exiſtimant. Domus & cætera ædificia, ſub quibus habitare ſolent, de lignis & terra vulgò ſunt, pauca de lapidibus, ſolorum magnatum domus, balnea

*Soli Turcę legitimè militant.*

*Vexillis nō vtūtur Turcæ.*

*Tympano & fiſtulis etiam Turcę vtuntur.*

*Pro militibus & cæſis ſuis Turcę orant.*

*Maiorū victorias Turcę decantāt*

*Humiliter Turcæ ædificant.*

balnea & deorum templa ex his vulgò cõſtructa: quamuis & plebeiorum quidam locupletes adeò ſunt, vt exercitũ armare expedireq; integrũ vnus poſſit: ſed quia frugales ſint,& omnem ſumptum deuitẽt,humilitatem diligant: voluntariam hanc paupertatem,& rerum ſitum patienter ferũt. Ob hãc etiam cauſſam picturas abiiciunt, imaginum ſculpturas ſic abhorrẽt,ſic deteſtãtur, vt Chriſtianos, qui eis tantũ delectemur,idololatras vocitẽt & in veritate eſſe contendãt. Sigillis in literis, ſiue regis aut cuiuſcũq; alterius fuerint,nullis vtuntur,nullis ſignis obmuniunt, fidem habent ſtatim vbi ſolummodo mittentis nomen audierint, aut ſcribẽtis ſtylum inſpexerint. Campanarum vſus apud eos nullus, nec etiam Chriſtianos inter eos habitantes habere ac vti permittunt.Pro pecunia aut aliqua alia re nõ ludunt,ludere repertos ignominiis multis & probris afficiunt & proſequunt. Ad ſedendũ ſcamnum,ſedile aut aliud fulcimentũ nemo cuiuſcunq; dignitatis cõditionisve exiſtat, requirit: ſed decentiſſima quãdam & membrorũ & veſtium compoſitione ſuper terram puerorum more recumbit. Menſa ſupra quam veſcũtur, vt plurimum è corio bubulo parata eſt, aut ceruino nõ concinnato & adhuc hirſuto, rotũditatem habens quatuor vel quinq; palmarũ latitudinis,circulos multos per circuitũ inſutos ferreos, quibus quum corrigiæ inductæ ſunt, inſtar burſæ clauditur,expanditur & portatur. Domũ,eccleſiam aut alium locum in quo ſedendũ eſt, niſi diſcalceatus, nemo intrat:quum inhoneſtum indecorumq; valde habeatur,vt calceatus quis ſedeat, quare calceamento quodam vtũtur,quod facile & deponi poteſt & recipi. Locus in quo vel domi vel in eccleſiis ſedetur,ſtratus tegetibus laneis eſt aut ſcirpeis: haben-

*Chriſtiani idololatræ à Turcis habentur.*

*Sigillis literas turcę nõ roborant.*

*Sedibus & ſcãnis Turcę nõ vtuntur.*

*Menſa Turcarũ de corio eſt.*

abentur quocꝫ interdũ propter locorum humi- itatem & immunditiam tabulata. Veſtimentis tũtur tam viri q̃ fœminæ ſatis largis & lõgis in nteriori parte apertis, quo honeſtius curuati na- ırę opus perficere cælarecꝫ poſſint. Multũ enim egeſtione cauetur, ne meridiem verſus, quo orã s ſe vertere ſolẽt faciem conuertãt: Multũ etiam ab homine quopiam cõſpecti turpitudinem ſu n oſtendãt. Curuati etiam quemadmodũ apud os mulieres micturiunt: nam ſi ſtando quiſpiam ingeret, pro ſtulto aut hæretico ab omnibus ha eretur. A vino, quoniam peccati & omnis im- unditiei ſeminarium ſit, ex lege abſtinẽt: vuas ta en comedũt & muſtũ potant. Abſtinent ſe quo ue à carne & ſanguine ſuillo, nec non ab omni orticino, reliquis comeſtibilibus cunctis veſcẽ- s. Diem Veneris ab omni labore feriati, tanto udio & religione colũt, quanta nos Dominicã, ut quãta Iudæi ſabbatum. In ſingulis ciuitatibus cleſia vna principalis eſt, in qua eo die poſt me- diem cõueniunt omnes, atcꝫ oratione ſolẽniter eracta, prędicatio ſit. Vnum deum confitentur, ui nullum ſibi vel ſimilem habeat vel æqualem, uius propheta fidelis Mahometꝰ ſit. Quinquies die Sarraceni omnes orare tenẽtur, faciebus ad eridiem verſis: & hoc antequam faciant, perfe- tiſſimam corporis munditiam habere, culum, vẽ trum, manus, brachia, os, aures, nares, oculos, ca- illos, ad vltimũ pedes etiam decentiſſime lauare, ræſertim poſt coitum & egeſtionem, niſi ægrota erint vel in itinere fuerint. Si verò aqua eis ad oc deſit, quod tamen contingere raro aut vix po ſt, ꝙ in omnibus ciuitatibus cõtinua balnea ad oc habeãtur, puluere mundę & recẽtis terrę per- ciunt: ante ablutionem hanc, pollutus quacuncꝫ pollu

Veſtimenta Turcarum fluxa.

Viri curuati mingunt

Vinũ nõ bibunt Turcę

Caro ſuilla & oẽ morticinũ vitat.

Dies Veneris Turcis ſacra.

Quinquies in die orare Turcæ tenẽtur meridiẽ verſus.

Loti corpore.

Cõtinua in oĩbꝰ ciuitatibꝰ balnea.

pollutione loqui ſecum,aut ſe etiam videre, quan
tum poſſibile eſt permittit neminem. In quolibet
anno menſem integrũ & hebdomadã ſtrictiſſime
ieiunãt,interdiu nec comedentes nec bibẽtes quic
quam,nec etiam ſe mulieribus cõmiſcentes: poſt
ſolis autem occaſum aduſque ſequẽtis diei exortũ
cibis,potibus,ac Veneri ad placitum indulgent.
In fine ieiunij & poſtea iterum ſexageſimo die Pa
ſca celebrant,in memoriam Arietis Abrahę oſten
ſi in ſacrificium filij loco: noctisq; cuiuſdã in qua
Alcoranũ de cœlo datum exiſtimant. Semel quo
tannis etiam ad domũ Dei, quę in Mecha eſt, ire
Sarraceni omnes debẽt, tum propter profeſſionẽ
ſuæ recognitionis,tum annuos honores Mahome
to perſoluendos,cuius ſepulchrũ ibi obſeruatur.
Religionem ſeu ſectam ſuam abnegare Sarraceni
neminem cogunt, nec iſtud alicubi perſuadere co
nantur: quãuis Alcoranus pręcipiat,vt aduerſari
os prophetasq; eorũdem perdãt,& oĩbus modis
perſequãtur. Vnde fit vt in Turcia oĩm ſectarum
gentes habitent, & quæque vt ſolet,ſuo deo ſacra
faciat. Sacerdotes pręterea eorũ à cõmuni popu
lo nõ multum differunt,nec à priuatis ædibus Ec
cleſiæ. Alcoranum ſcire ſufficit & quæ ad oratio
nem cultumq; legis pertinent; meditationibus li
terarumq; ſtudiis minime vacãt. Non enim eccle
ſiarum aut animarum aliqua cura occupati ſunt,ſa
cramenta nulla habent:reliquiarum ſacrorumque
vaſorum,& altarium nulla obſeruatio: ſed vxori
bus,liberis,ac cęterę familiæ intenti,agriculturæ,
mercaturæ,venationi & ſimilibus ſtudiis,quibus
victus quæritur & vita ſuſtentatur, quemadmo
dum laici cæteriq; incumbunt. Nihil eſt ipſis fa
cere illicitum, nihil prohibitum. A ſeruitute, ab
exactionibus immunes ſunt. Honoris plurimum
ab om

Ieiunia turcarum.

Paſcha Turcarum.

Domus dei in Mecha.

Sarraceni ad ſectã ſuam cogunt neminem.

Sacerdotes Turcarum.

o omnibus percipiunt, vt qui legis cæremonias
iant, Eccleſiis pręſideant & alios docere poſſint.
Gymnaſia multa & magna habent, in quibus ci- Gymnaſia Turcæ multa habent.
iles leges à Regibus latæ pro regni adminiſtra-
one defenſioneq́ plurimi docentur, quorũ dein
uidã Eccleſiaſticis, quidam Secularibus officiis
ræficiuntur. Sunt etiam in ea ſecta multi & va- Religioſorũ Turcarũ familiæ.
j religioſi, quorum quidam in nemoribus & ſo-
tudinibus vitam villatim ducentes, hominum
ommercia effugiunt: quidam in ciuitatibus ho-
ſpitalitatem exercentes, peregrinos pauperes ad
oſpitia ſaltem recipiunt. Si non habeãt quo re-
cere poſſint, ex mendicitate enim & ipſi viuunt:
ij per ciuitates vagantes, in vtribus quibuſdam
onam atque ſemper recentem aquam portant,
uam cuique petenti bibendam vltrò offerunt.
ro quo pietatis officio, ſi quid ipſis porrigitur,
cipiunt: cupiunt nihil: tantam religionis oſten-
tionem in dictis & factis, in moribus & geſtu
ræ ſe ferentes, vt non homines ſed angeli credi
oſſint. Signũ quoddam quiſque gerit, per quod Iuſtitia Sarracenorum
uius profeſſionis ſit internoſci habeat. Iuſtitiæ
arraceni ſeu Turcæ exactores ſtrenuiſſimi ſunt,
ui hominis ſanguinẽ fuderit pari pœna ſemper Adulterorũ pœna.
ectitur. In adulterio deprehenſus, cũ adultera
ſque miſericordia, abſque mora lapidatur.
ſt etiam fornicariis ſua pœna expreſſa, octin-
entos flagelli ictus ſeu verbera tolerare debet, q
ęquentus fuerit. Fur prima & ſecũda vice depre- Furũ pœna.
enſus, totidẽ ictibus flagellatur: tertia, manu trũ
tur; quarta, pede. Qui damnum alicui infert, pre
o æſtimato ſatisfacere cõpellitur. In poſſeſſioni-
us repetundis vt petitũ teſtibus comprobetur,
ge ſancitũ, vtq́ negator iuramẽto ſeſe expurget.

Teſtes

Teſtes nullos niſi valde idoneas probatasq; perſo
nas,& quibus ſine iuramento credi poſſit, admit
tunt.Inquiſitores per regionem multi etiam cōſt
tuti ſunt,qui orationū ad quas tenentur, negliger
tes indagatos talibus quidē adficiunt ignominiis
Tabulam vnam cū pluribus caudis vulpinis illo
rum collis appendunt, & hinc inde per totam ci
uitatem trahentes,nō dimittunt donec ſe certa pe
cunia abſoluant.Extra matrimonium nemini,qu
ad prouectam ætatem iam peruenerit, vitā agere
licet. Vxores autē ducere legitimas quatuor po
ſunt, & demptis matribus & ſororibus quaſcūq
volunt,nulla ſanguinis habita ratione:illegitima
verò quotquot placuerint,& enutrire valeant.
Filij tam ex his q̄ ex illis ſuſcepti,hęredes in patri
bonis æqualiter habentur. Hoc tamen ſeruato,q
duæ filię filio vno coæquētur.Coniuges duas au
plures non in vna domo, nec etiam in vna ciuita
te habēt, ob iuges cōtentiones earū atq; inquietu
dines,ſed in ſingulis ciuitatibus ſingulas.Liberta
tem viri eas tertiò repudiandi habent,tertiò item
recipiendi. Repudiatę verò à quo viro ſuſcipian
tur,ſi lubet,permanere poſſunt. Hæ in veſtitu ho
neſtiſſimę ſunt. In capite mitris vtūtur velis ipſis
ſuperpoſitis,ita vt decēter hac inuolutæ, vna vel
extremitas à dextra aut ſiniſtra capitis parte depē
deat, qua ſi domū exire, vel in domo in virorum
conſpectum prodire debeant,ſine mora totam fa
ciem præter oculos velare poſſint.Nunquā aude
fœmina Sarraceni vbi virorum cōgregatio eſt ap
parere.Forū adire,vendere aliquid aut emere om
nino fœminis illicitū.In eccleſia maiori locū à vi
ris longe remotum habēt,& adeò occluſum,vt ne
mo introſpicere poſſit,nec aliquo modo intrare.
Quem tamen nō omnes,ſed magnatū ſolum vxo
res,&

Vxores Turcæ quatuor ducunt.

Repudium apud Turcas.

Mulierum Sarracenorum veſtit9

:s,& nunquam aliâs quàm die Veneris ad vnicã
rationis meridianę horam: quę apud eos, vt di-
tum eſt, ſolẽnis eſt, intrare debent. Colloquutio
iri & mulieris in publico adeò rara eſt, adeò præ
:r conſuetudinem, vt ſi inter eos per annum inte-
rum morareris, ſemel vix videre poſſes. Virum
oud mulierem in aperto ſedere, aut equitare cum
liqua pro monſtro duceretur. Coniugati mutuò
iis videntibus nunquam laſciuiunt, nunquam
xantur, quum nec viri erga mulieres grauitatem
nquam remittant, nec mulieres erga viros reue-
:ntiam. Magni domini, qui apud ſuas perpetuò
ſe non poſſunt, ad earum cuſtodiam deputatos
unuchos habent, qui tanta cuſtodia illas obſer-
ant & tuentur, vt præter maritum impoſſibile
lli viro ſit eas alloq poſſe, impoſſibile ipſas poſſe
æuaricari. Poſtremũ Mahometo legibusq; ipſi-
s fidei tantũ Sarraceni tribuunt, vt illas ſeruanti-
us æternam beatitudinem certiſſime promittãt:
aradiſum videlicet delitiarũ, hortum dulcibus
: amœniſſimis aquis quaque verſum irriguum,
ıb puro & temperato cœlo conſtitutum, in quo
uicquid velint habituri ſint: omnium ferculorũ
:nera ad ſaturitatem, ſerica atque purpurea indu
ıenta, adoleſcentulas ad nutum ſpecioſas, cum
ıreis argenteisque vaſis: Angelos pincernarum
ıore in aureis lac, in argenteis vina rubea vber-
m propinantes miniſtros. Contrà, non ſeruan-
bus infernum comminantur, interitumq; ſem-
:ternum. Hoc etiam credunt, quòd quantiſcun
que quis criminibus obnoxius, ſi mori-
turus tantum Deo credat & Ma-
hometo, ſaluus
fiat.

Eunuchi mulierib9 deputati.

# DE CHRISTIANIS, EO-
## rumq; origine & ritibus,
## CAP. XII.

Cauſſę natiuitatis Chriſti.

CHriſtus Ieſus Dei patris omnipotentis verus & æternus filius, ſecunda in ſancta indiuidua æquali perpetua trinitate perſona, incomprehenſibili & à ſæculo abſcondit[o] conſilio atque myſterio, anno ab hinc milleſim[o] quingenteſimo vigeſimo, vt miſeros & infelice[s] homines in primis parentibus Adam & Eua per inobedientiæ peccatum eheu lapſos, & ob i[d] multis ſæculis cœleſti patria excluſos erigeret, eo[] que reduceret: ac detruſorum ſpirituum vetuſti[o]rem ruinam ad quam ſupplendam præcipuè creati fueramus, aliquãdo in cœlo reſarciret: Sancti ſpiritus cooperatione in Iudæa à virgine Maria d[e] progenie Dauid homo conceptus, & natus eſt. Trigeſimo vitę ſuæ anno vſque in trigeſimũqua[r]tum, quo ex Iudæorũ inuidia cruce affixus periit, Iudæam omnem percurrens, Iudæos primũ, dei[n]de alias gentes ab antiqua Moſaica lege, ab idolorum profana cultura ad nouam ſuam inſtitutionẽ adhortatus eſt, Sequaces quotquot habere potuit diſcipulos appellauit. Ex quibus duodecim ſele[]ctioribus poſt mortem ſuam, quum (vt prædixerat) iterum viuus apparuiſſet, commiſit vt apoſtolorum ſiue legatorum nomine, in orbẽ vniuerſum irẽt: & quęcũq; ab eo didiciſſent vidiſſentq;, crea[]turę omni prędicarent. Simon Petrus, cui eccleſię ſuæ regimen principatumq; diu antea poſt ſe ſu[]ſcipiendum tradiderat, quum poſt ſancti ſpiritus perceptionem alij ad alias terrę oras, vt ſortiti & iuſſi fuerãt, ad prędicandum diuertiſſent, primum Antiochiam venit, ibiq; eccleſiæ cathedrã prima[]riam cõſtiuens, cũ aliis apoſtolis, q ſępius ad eum

Maria virgo Chriſti mater.

Chriſti ſequaces diſcipuli vocati.

Petrus ecclefię Chriſtianę princeps.

Antiochia prima eccleſiæ ſedes.

'enerant,cõcilium celebrauit: in quo inter cætera
]hriſtianos à Chriſto deinceps dici decretũ, qui
lius dogma orthodoxamq́ pietatẽ amplecti tue
:ntur. Romã deinde ſede primaria tranſlata,pro
ıaximo ipſe & ſucceſſores ſui ſemper habuere ne
otio,rudem & incultã adhuc Chriſti ſui ſectam,
ımque profeſſos aliquo bono ordine & guber
ıatione ex Moſaica lege, quam Chriſtus non ſol
:re ſed adimplere veniſſet,ex politiis Romano
ım, Græcorũ,Ægyptiorũ,aliarumq́ gentium ſa
is & profanis ritibus,legibus,moribus:ex ſalu
:rrima imprimis Chriſti Ieſu doctrina,& ſancti
iritus inſpiratione cultiores facere.Rem aggreſ
quemadmodũ non ſolũ apud Hebręos,ſed alias
iam gentes, diuiſos viderint homines in ſacros
profanos, & tam his q̃ illis pulcherrima ordi
tione,ſuos gradus,ſuas dignitates. Eſſe monar
am orbis vniuerſi tũc Romanum Imperatorẽ,
e cõſules,eſſe patritios qui & ſenatores,ad arbi
um quorum omnia ordinarentur, eſſe per terrã
ges multos,duces,comites,præſides,pręfectos,
fectos,tribunos militum,tribunos plebis,præ
:es,primipylos,centuriores,decuriones,quater
ınes, duumuiros, quæſtores, ædiles, ianitores,
ibas, lectores, & priuatos homines vtriuſque
us multos. In deorum verò templis Regem ſa
ſculum eſſe,archiflamines, prothoflamines,fla
nes, ſacerdotes: pari ordine apud Hebræos in
ris ſummum pontificem eſſe, minores ſacerdo
,leuitas,nathineos,luminum extinctores,exor
as, ianitores ſiue æditos, & cantores. Apud
ræcos chiliarchos, hecatontarchos,penthacon
:hos, decarchos, pentarchos. Eſſe præter eos
ɔque tam apud hos quàm illos, diuerſos & vi
ım & mulierum religioſos cõuentus multos,

A Chriſtó Chriſtiani appellati.

Chriſtiana religio à q: bus ſumpta

Romana politia.

Hebræorũ ciuilitas.

Gręcorũ ad miniſtratio

Ro. ponti. Papa voca: tus. Sadducæos, Eſſæos, Phariſæos apud Hebræos: Sa
lios, Diales, Veſtales apud Romanos. Cõſenſer
ſanctiſſimi Apoſtoli omnes, vt Petrus & qui
in Romana ſede ſuccederent, imperpetuum Pap
tanquam pater patrũ, vniuerſalis, apoſtolicus, ſa
ctiſſimus & ſummus pontifex diceretur. Eccleſi
catholicę Romæ tanquã monarcha Romanus Ir
perator, orbi vniuerſo præſideret. Cõſules quor
ſemper duo erant, æquarent in eccleſia patriarch
Quatuor patriarchæ quatuor: Conſtantinopolitanus, Antiochenu
Alexandrinus & Hieroſolymitanus, Senator
Primates. Cardinales exprimerẽt. Reges qui tribus ducib
Archiepiſ: copi. Primates tribus archiepiſcopis imperantes de
gnarẽt, Archiepiſcopi ſeu Metropolitani ducibu
compararẽtur, ꝙ velut illi pluribus Comitibu
ſic ipſi epiſcopis mandarent. Epiſcopi Comitu
Epiſcopi. ſimilitudinem exprimerẽt. Coẽpiſcopi ſiue epiſc
coẽpiſcopi porum vicarij præſides, prefectos præpoſiti. Tr
bunos militum archipresbyteri redderent. Trib
Prępoſiti. nos plebis cancellarij, prętores archidiaconi. Ce
Archi preſ: byteri turiones decani. Decuriones presbyteri paroch
Cãcellarii. Aduocatos ſacerdotes alij. Ædiles diaconi. Qu
Archidia: coni. terniones ſubdiaconi. Duum viros exorciſtæ
Quæſtores hoſtiarij, aulæ ianitores lectores, can
Decani. res, ſiue poëtas. Acolythi ſcriptores aut cæroſe
Presbyteri. rios pręſentarent. Eos oẽs cõi appellatione cle
Diaconi. cos à cleros, id eſt, ſorte: qua ex populo primu
ſubdiaconi in Dei ſortem eligebãtur, vocari voluere. Septe
Exorciſtæ. tamen, quos adhuc Romanus pontifex ſolennit
Hoſtiarii. ſacrificans ſecum in altari habet, cæteris nomina
Lectores. tiores eſſe. Epiſcopos ſcilicet presbyteros, diac
Acolythi. nos, ſubdiaconos, acolythos, cantores, quibus ſi
Clericorũ gulis in eccleſia ſua officia, habitum atque dign
in eccleſia tatem attribuere. Epiſcopis clericos alios ordin
dignitates. re, virgines velare & benedicere, pontifices con
crar

crare,manus imponere,confirmare, baſilicas Deo dedicare, deponendos ab officio ſacerdotes deponere & regradari,ſynodos celebrare,chriſma conficere,veſtes & vaſa ſacrare, & alia quę etiam minoribus ſacerdotibus communia,vt cathegizare, baptizare,ſacramentum altaris cōficere,aliis communicare,à peccatis pœnitētes abſoluere,cōtumaces arctius irretire,euangelium annūtiare. Caput in apice quatuor digitorū latitudine,in rotūdum more Nazareorum radere, & neq; comas neque barbā nutrire, perpetuò caſtos eſſe, ſacerdotibus omnibus præcipere. Victum his ſolum ex primitiis,decimis & oblationibus eſſe,ſæcularibus curis negotiisq; omnino vacare, honeſtè veſtiri, incedere & cōuerſari: ſoli Deo & Eccleſiæ deſeruire,lectioni ſacrę ſedulò incumbere,vt omnia quæ Chriſtianę religiōis ſunt,in quibus alios inſtituere obligantur,ipſi perfectè norint. Religioſi conuentus tam virorum q̃ mulierū ſunt Benedictini, Prædicatores,Franciſcani, Auguſtiniani,Bernardini,Antoniani,Ioannitæ, Carthuſiani,Præmonſtratenſes,Carmelitæ,Ciſtercienſes,innumerique alij,quibus omnibus ex regula, quā ſibi priuatim quique pręſcripſere,certus habitus,certaq; viuendi ratio eſt. Continētiam,paupertatem atq; obedientiam perpetuam profeſſi, vt plurimū, vitam ſolitariam agunt:quare monachi,id eſt,ſolitarij appellātur. Quidam abbates,quidā præpoſitos, aut priores ſibi præficiūt:Epiſcopis aut Romano tantummodo pontifici ſubſunt.Cucullo quāuis non vnius coloris ferè vtūtur omnes, & carnibus abſtinēt.Epiſcopis ſacrificaturis ſacras veſtes ex Moſaica lege deſumptas, ob perfectionem eorū,quindecim numero eſſe,Sandalia, amictū, albam, talarem,cingulū,ſtolam, manipulū, tunicam hyacinthinam,

Quid epiſcopis conceſſum.

Sacerdotū qualis vita & habitus.

Chriſtianorum religioſi conuentus.

Monachi ſolitarii.

Quidecim ſacrę epiſcoporū veſtes.

thinam,dalmaticam,chirothecas,annulum,caſtu
lam,ſudariolū,pallium, mitram, pedum, & iuxta
altare, in qua ſederet, cathedra. E quibus nouem
quoq; minoribus ſacerdotibus cōmunes eſſe vo
luere,amictum,albam,talarem,cingulum, ſtolam
manipulum,caſtulam. Romano pontifici prçter
eas ex Conſtantini magni largitione, omnia Ro-
mani Imperatoris inſignia permiſſa,tunica cocci-
nea,purpurea chlamys,ſceptrū, diadema faſtigia-
tum: quibus in magnis feſtiuitatibus in ſacrario
ritè indutum rem diuinam facturū,ad altare ſtipa
tum procedere,presbytero à dextro,diacono à ſi-
niſtro lateribus: ſubdiacono cum libro clauſo cæ-
roferariiſq; duobus,& vno cum thuribulo ſuffu-
migante præcedentibus,eò peruentū mitram de-
ponere, atque in imis gradibus peccatorū publi-
cam confeſſionem cum comitibus dicere,aſcenſo
poſtmodum altari codicem in cornu aræ ſiniſtro
iacentem aperiri, deoſculari, & miſſæ ſacrificium
ſuis cæremoniis perficere,Subdiaconū epiſtolam,
Diaconum Euangelium legere. Septies per ſingu
los dies Deum laudare,orareq; præſcriptis oratio
nibus, tam maioribus quàm minoribus ſacerdo-
tibus præcepere, circiter veſperum veſperas, ſub
noctis crepuſculo completorium, matutino tem-
pore matutinas:primam,tertiam,ſextam,nonam,
prima,tertia, ſexta, nona diei horis: & hoc ſi fieri
poſſit, in eccleſia ante altare humiliter orientem
verſus. Oratio dominica, ſymbolumq; Apoſto-
lorum, quemadmodum adhuc hodie à vulgo, ab
initio tantum dicebantur. Beatus Hieronymus
Damaſi papę impulſu,pſalmos per ferias digeſſit,
& horis ſingulis proprios deputauit. Nocturnis
die ſacro nouem:non ſacro,duodecim. Laudibus
matutinis quinque. Veſperis quinq;,cæteris om-
nibus

Nouem priuatorum ſacerdotum veſtes.

Ro.Pontificis veſtes.

Septies per diem orare ſacerdotes.

Horæ ſeptē canonicæ.

Orationes quis ordinauit.

nibus treis. Euangelia, Epiſtolas, aliaq́ quæ ex veteri ac nouo inſtrumento adhuc legũtur, pręter cantum, pro maiori parte ordinauit. Damaſus antiphonas, quas Ambroſius Mediolanenſium epiſcopus conſcripſit, diuiſo pſallentium choro alternatim cantare inſtituit, & ſingulis verſum Gloria patri, &c. adiecit. Lectiones & hymnos, qui horis ſingulis præmittũtur, concilia Toletanum & Agathonenſe approbauere. Orationes, gradualia tractus, alleluia, offertoria, cõmuniones in miſſa: Antiphonas, verſiculos, tropos, aliaq́ quę tam in nocturno quàm diurno officio cantantur leguntur'q́, ad decorem & laudem Dei Gregorius, Gelaſius, Ambroſius, & pleriq́ alij ſancti patres non vno, verum diuerſis temporibus ædidere. Miſſa (ſic appellant ſacrificium) à lectione primum, eo ſimplici apparatu tenoreq́, quo adhuc ſancto Paſchæ ſabbato fit, celebrabatur. Celeſtinus papa introitum addidit. Teleſphorus Gloria in execelſis. Hymnum & in terra Hylarius Pictauienſis cõpoſuit. Symachus cantari inſtituit. Salutationes, quę per Dominus vobiſcũ ſepties in ea fiunt, ex libro Ruth tranſumptę, Clemẽs & Anacletus interpoſuere. Gelaſius cætera ad offertorium vſq́, ordine quo peragũtur ordinauit, præter ſequentias quas Nicolaus, & ſymbolũ quod Damaſus, ex Cõſtantinopolitana ſynodo immiſcuere. Prędicatio, quę ex ſuggeſto diebus feſtis à ſacerdote aut diacono ad populũ fit, Neemiæ aut Eſdrę exemplo inoleuit magis ꝗ inſtituta eſt. Mouebant̃ in hac ab initio, quum omnes in miſſa præſentes ex præcepto cõmunicarent, ad mutuam cõcordiam, qui odio inſectabãtur, vt mũdi nõ polluti vitiis, ſacramentum altaris perciperẽt, ratione cuius publica peccatorum cõfeſſione adhuc hodie ea cõcludi ſolet.

Alternatim cantare.

Miſſæ officij apparat9

Sermo quare in miſſa fiat.

De quibus ſermo fiat. Veteris ac nouę legis inſtrumēta, decem Dei prę-
cepta, duodecim fidei articuli, ſeptem Eccleſiæ ſa-
cramēta, ſanctorū vitæ & martyria, dies ſacri, do-
ctrinæ, virtutes & vitia: & quæcūq; alia, q̄ Chri-
ſtiano homini cognitu neceſſaria ſunt, edocentur.

Offertoriū. Præfatio. Canon vterq;. Oratio dominica. Agnus dei. Offertorium Gregorius appoſuit. Leo præfatio-
nes. Maiorem & minorem canones Gelaſius, San-
ctus, beatus Sixtus. Pater noſter ex Matthæi eu-
angelio Gregorius. Martialis beati Petri diſcipu-
lus, benedictionem dare Epiſcopos, pacem mino-
res ſacerdotes Innocētius inſtituit. Agnus dei Ser-
gius adiunxit. Gregorius communionem. Con-
cluſionē per Ite miſſa, per Benedicamus domino,
& Deo gratias, Leo adinuenit.

Duodecī fidei articuli. Duodecim fidei
articuli, quos quemlibet nedū conſtantiſſimè cōfi-
teri, verumetiam credere beati Apoſtoli manda-
uere, tales recenſentur. Primus, vnū Deum & tri-
num eſſe patrem omnipotentem cœli terræq; fa-
ctorem. Secūdus, Ieſum Chriſtū filium eius vni-
genitum, dominū noſtrum. Tertius, eundem de
ſpiritu ſancto conceptum, ex Maria virgine natū.
Quartus, ſub Pontio Pilato paſſum, crucifixum,
mortuum, atq; ſepultum. Quintus, ad inferna de
ſcendiſſe, rurſus à mortuis tertia die reſurrexiſſe.
Sextus, ad cœlos aſcendiſſe, ſedere ad dexterā Dei
patris omnipotentis. Septimus, venturū rurſus
cum gloria, iudicatū viuos & mortuos. Octauus
ſpiritum ſanctum eſſe. Nonus, ſanctam eccleſiam
catholicam. Decimus, ſanctorū communionem,
remiſſionem peccatorum. Vndecimus, carnis re-
ſurrectionem. Duodecimus, æternam poſt obitū
in alio orbe vitam.

Decem Dei pręcepta. Decem pręcepta, quę Deus
digito ſuo cōſcripta per Moſen Iſraëlitico popu-
lo dederat, & nos obſeruare voluere. Primū eſt,
vnū Deum credere. Secundū, ipſius nomen vanè

non aſ-

non aſſumere. Tertium, ſabbata ſanctificare. Quartum, parẽtes & natu maiores honorare. Quintum nõ occidere. Sextum, nõ mœchari. Septimũ, non furari. Octauum, falſum nõ atteſtari. Nonum, rei alienę nõ inhiare. Decimum, alteri nuptam neque concupiſcere. Septem Eccleſiæ ſacramenta, quę in poſterioribus quinq; fidei articulis includũtur, & credi á nobis ſancti patres præcepere. Primum baptiſmus eſt. Hoc ex canonica ſanctione, niſi maxima neceſſitas citius depopoſciſſet, olim non niſi in fide prius optime inſtructis & approbatis catecuminis per examina vel exquiſitiones ſeptẽ, quæ ſeptem certis per quadrageſimæ ieiunium diebus fiebãt, ſacris paſchę & penthecoſtes ſabbatis, quibus cõſecrari in parochiis omnibus ſolet, dabatur. Quoniam verò prę cęteris ad æternam ſalutem id apprime neceſſarium eſt, ne quis eo orbatus ex vita hac abſcedat: ſtatuere, vt nato mox infante patrini huic, tanquã teſtes aut fideiuſſores, rogẽtur. A quibus ante eccleſiæ fores ſtatutus, á ſacerdote ad hoc accerſito priuſquã ſacro fonte immergatur quæreretur, an Satanę pompisq; eius omnibus ab renuntiauerit, an fidei Chriſtianæ articulos omnes firmiter credat. Patrinis pro eo affirmãtibus, ſacerdos ter in faciem illi inſufflans, exorgizat catechizatq;. Septem poſtea cũ eo per ordinem facit, benedictũ ſal ori illius primo ĩmittit. Secũdo oculos aures, nares, terra ſuo ſputo madefacta illinit. Tertio nomen, quo poſtea vocetur, imponens: in pectore & dorſo oleo ſancto in crucis formam conſignat. Quarto, baptiſmo ter ſanctę Trinitatis noĩe patris & filij & ſpiritus ſancti, quo etiã alia ſacramenta omnia exhibentur, immergit: aut in crucis formã ter perfundit. Quinto, pollice ſacro chriſma te intincto, frontem ipſius cruce notat. Sexto, veſtem

*Septem eccleſiæ ſacramenta.*

*Baptiſmus primum.*

*Septies baptizãdi olĩ examinabantur.*

*Septem circa baptizandos.*

ſtem eum candidam induit. Septimo, candelam a
dentem prębet. Iudæi antea q̃ baptizãtur, ex Ag
thonenſi concilio menſes nouem catecumeni in f
de inſtruũtur, dieſq; quadraginta ieiunare debẽt
diuitiis ſe ſuis oĩbus abdicare, ſeruos manumitte
re: filios ſi q̃s Moſaica lege circunciderint, à ſe pro
cul repellere. Nemini ob id mirandũ, ſi tam gra
uatè gens illa baptiſmo admoueatur. Confirma
tio, ſecundũ ſacramẽtum, ab Epiſcopo ſolũ in ec
cleſia ante altare adultis, & ſi fieri poſſit, ieiunis, ta
li quidem ritu largitur. Confirmandi cũ ſingulis
patrinis omnes adſunt. Epiſcopus dicta ſuper oẽs
vna oratione ſingulorum frontes humectato chri
ſmate pollice, crucis forma in patris & filij & ſpiri
tus ſancti nomine cõſignat, alapamq; maxillę ſini
ſtræ in ſuſcepti ſacramenti memoriam, ne repetãt,
incutit. Patrini, ne recens vnctio defluat, aut per
incuriam abſtergatur, mox pręparata ad hoc faſcia
frontem obligant: quam nõ niſi ſeptimo die depo
nere fas ducunt. Tantum huic ſacramento ſancti
patres conceſſere, vt nomen in baptiſmate impo
ſitum, ſi diſpliceat, in huius perceptione ab epiſco
po in aliud mutari poſſit. Tertium ſacramentũ
eſt ſacer ordo: ſimiliter ab Epiſcopo ſolũ in prima
eccleſia in Decembri tantum, nunc conſtitutis ſex
anni temporibus, puta ſingulis quatuor ieiunioꝝ
eam ob cauſſam inſtitutorum, ſabbatis. Sabbato,
quod ſitientes dicitur, & ſacro ſancti paſchæ ſab
bato confertur, maribus ſolummodo: & quorum
vitę cõditio, corporũ habitudo, animoꝝ qualitas
ſatis cognita perſpectaq; ſit. Septem, ſecundum
quoſdam nouem enumerantur, in quibus ſingu
lis characterem ſpecialem ſuſcipientis animæ im
primi, & eum hominem ſacrum deinceps eſſe, cre
di ſancti patres voluere: hi pſaltes ſunt, hoſtiarij,
lecto

Tam grauatè Iudęi cur baptizẽtur.

Confirmatio, ſecundũ ſacramentũ

Tertium ſacramẽtum, ſacer ordo.

Septem clericorum ordines.

lectores,exorgiſtæ, acolythi,ſubdiaconi, diaconi, presbyteri,epiſcopi,vnū tñ ſacramentum,nō plu ra, ratione finalis officij quod eſt dominicum cor pus conſecrare cenſetur. Singulis ſua in eccleſia officia,inſigniaq; ex Toletano cōcilio conſtituta. Hoſtiariis ſacras ædes tueri, aperire & recludere: clauis ob id eis in ordinatione datur. Lectoribus veteris teſtamenti ſacrarumq; hiſtoriarum legēdi facultas, Codex tribuitur. Exorgiſtis obſeſſos malo dæmone homines adiurare, in ſignum quo illud continetur, liber porrigitur. Acolythis can delabra, luminaria, vrceolos ad aram diſponere, atque portare. Candelabrum eis cum cæreo, vr ceolique vacui prꝗſtantur. Subdiaconis oblatio nes percipere,calicem patinamq; attrectare, & ad ſacrificium deferre. Vinum & aquam in vrceolis diaconis adminiſtrare, vacuus ea de re ipſis calix cum patina ab Epiſcopo,vrceoli vino aquaq; ple ni, & mappula ab archidiacono dantur. Diaconis Dei verbum gentibus prꝗdicare, & ſacerdotibus in ſacris Eccleſiæ actibus deſeruire committitur, Euangelij liber tribuitur, & ſtola in modum iugi altero tantūmodo eius humero iniecta. Presby teris dominicū corpus cōſecrare,pro peccatoribꝰ orare, atque per iniunctam pœnitentiam Deo rur ſus conciliare poteſtas. Calix cum vino, patina cum hoſtia,ſtola ſuper vtrunque humerum, & ca ſula inſignia. Quid epiſcopo datum ſupra auditū.

*Ordinibus officia & inſignia data.*

Dominica hic tantum die,horam circiter tertiam infra miſſꝗ officium priuſquam Euangelium legi tur,ordinatur per manus & libri ſuper caput poſi tionem ab aliis epiſcopis,cōnumerato Metropo litano, tribus. Epiſcopi in prima eccleſia ab aliis presbyteris parum aut nihil differebāt,communi cōcilio eccleſiꝗ moderabant̄,antequā diſſenſiones

*Epiſcopi cō ſecratio.*

*Epiſcopi à presbyteris olim nihil differebant,*

vulgò

vulgò audirētur,quibus vnuſquiſq; ſe, nō à Chr
ſto, ſed à quo baptizatus eſſet, hic Pauli, alius
Apollinis,tertius Cephę appellaret. Pro vnifor
mitate igitur cōſeruanda,& ſchiſmatibus vitādi
neceſſariò decreuere ſancti patres, vt cōmuni ap
pellatione omnes qui baptizarētur,Chriſtiani d
inceps à Chriſto dicerentur:vtq; ſingulis prouin
ciis,prout magnæ vel paruæ eſſent, vnus aut plu
res presbyteri probatiores, epiſcopi nomine,pr
ficerentur:qui non,vt antea,ſuo nutu, ſed eccleſi
Romanę ſacrorumq; cōciliorum ſtatutis ordina
tionibusq; ſubditum ſibi & clerū & populū gu
bernarent inſtituerentq;. Tunc primum piorum
principū auxilio permiſſuq; regiones per totum
Chriſtianum orbem in diocœſes,diocœſes in cō
uentus ſeu capitula, capitula in parochias diuiſa
& pulcherrima illa ordinatio, qualis adhuc cerni
tur tam in clero q̄ populo facta, vt populus vica
nus dato iure ſuo parocho obediat,parochus dec
no,decanus epiſcopo,epiſcopus archiepiſcopo,a
chiepiſcopus primati ſiue patriarchæ, primas ſiu
patriarcha legato,legatus papæ,papa cōcilio, cōc
lium Deo ſoli. Corporis & ſanguinis Chriſti ſ
lutiferum ſacramentum ſacerdos quiſq; rite ſecu
dum Eccleſiæ claues ordinatus,cōſecrareq; inten
dens obſeruata verborū forma conficere ex triti
ceo pane verum corpus,ex vino verū ſanguinem
Ieſu Chriſti poteſt. Ipſemet Chriſtus Dominu
noſter nocte,quę paſſionis ſuæ diem proximè pr
ceſſit,cū diſcipulis celebrauit,& in memoriam ſu
ipſius celebrandū manducandumq; perpetuò in
ſtituit,& cōſecrauit. Magna fide circa id neceſſa
rium,vt primo tranſmutari panem in corpus,vi
num in ſanguinem Chriſti credatur.Secūdo,id l
cet quotidie fiat,Chriſtū tamen non augmentar
Tertio

Chriſtiani à Chriſto.

Epiſcopi quō primo introducti.

Corpus & ſanguis Chriſti, q̄r tum ſacramentum.

Magna fide opus,vt tredeci ſequentia credātur

Tertio, manducatum indies nõ minui. Quarto, ſa cramento in plures partes diuiſo integrũ Chriſtũ in ſingulis etiam minimis particulis permanere. Quinto, ab homine malitioſo manducatũ non co inquinari. Sexto, ſumẽtibus malis mortem, bonis vitam æternam conferre. Septimo, manducatum, nõ in manducantẽ vt alius cibus, ſed manducantẽ in ipſum cõuerti. Octauo, manducatũ illæſum in cœlũ rapi. Nono, tam in exigua & modica panis aut vini forma, immenſum incõprehenſibilemq; Deũ & hoĩem Chriſtũ cõprehẽdi. Decimo, vnũ atq; idem Chriſti corpus vno momẽto multis in locis, multis ab hominibus, & diuerſa ſub ſpecie percipi. Vñdecimo, mutata ſubſtãtia panis in ve-ram Chriſti carnem, vini in ſanguinẽ verum, natu ralia accidẽtia panis & vini permanere, nõ carnis aut ſanguinis aſſumere. Duodecimo, dignẽ man-ducantibus vtilitates duodecim maximas, quę in his verſibus enumerãtur, ſubminiſtrare. Inflãmat, memorat, ſuſtentat, roborat, auget. Hoſtia ſpem purgat, reficit, vitã dat, & vnit. Confirmat fidem, minuit fomitemq;, remittit. Vltimo, tã viuis q̃ de functis, pro quibus à ſacerdote ſpeciatim in ſacri-ficio offertur, miro modo ſaluificum & vtile eſſe, Euchariſtiam cõmunionem propterea dici. Con-ſecrabatur quidem ab exordio Chriſtianę religio nis, & adhuc, vt aiunt, apud ſchiſmaticos quoſdã tãtæ magnitudinis vnus panis, qui à ſacerdote in ſcutellã comminutus, omnibus qui ſacrificio ade-rant, communicari ſatis eſſe poſſet. Ex præcepto nanq; olim Chriſtiani de eo quotidie communi-cabãt: deinde dominicis tantũ diebus. Sed quum nec his etiam dignè obſeruaretur, prçceptũ in an-no ter vel ad minus ſemel, ſacro videlicet paſcha-tis tempore, in omniq; vitę periculo pro viatico, quo

Euchariſtia cõmunio.

Quo tẽpo re ſumẽdũ.

Viaticum,

quo etiam nomine appellatur Chriſtianus hom
quilibet ſanæ rationis diligentiori qua vnquar
poſſit,& animę & corporis ſui ad hoc pręparati
ne percipiat. Matrimonium,quod eſt maris &
fœminę legitima cōiunctio,iure naturali,diuinc
gentium & ciuili inductum ſacramētum quintū
Sancti patres in Chriſtiana pietate vnum,nō plu
ra ſimul,publicum nō clandeſtinum in eccleſia ve
eius foribus ſolēniter fieri pręcepere,ita ſcilicet v
ſacerdos accerſeatur, qui virū primo, deinde fœ
minam inquirat: In matrimonium cōtrahendum
vtrique ne cōſentiant. Quibus conſentientibus
quod maxime in eo neceſſarium eſt, ipſe compre
henſis amborum dextris, eos indiuiduæ ſanctæq;
Trinitatis & vnitatis nomine patris & filij & ſpi
ritus ſancti cōiungens, iubet hortaturq;,vt vnani
mi huius & mutui coniugij perpetuò memores,
viuentes ſe mutuò nunquā derelinquant, mutuò
diligant,mutuò deſeruiant,honorent:procreatio
ni,non libidini ſtudeant:natos ex ſe pueros hone
ſte & diligenter educent. Annulo poſtea eos ſub
arrat,& aqua benedicta aſperſos,porrecta ſtola in
eccleſiam introducit: ſupplices ante altare,ſi prius
benedicti nō ſint, benedicit. Mulier rubea vitta,
& ſupra hāc candido velamine obuelař, ſine quo
deinceps in publicum prodire, aut viris aſſidere
haud licitum. Duodecim eſſe,quibus matrimoni
um contrahendū impediri,contractū dirimi rur
ſus voluere. Perſonę vtpote errorem,cōditionem
interpoſitā,cognationem,crimen apertū, ſectæ di
ſparitatem,violentiam,ſacrum ordinem,ligamen
quo alij alter obſtringitur,publicam honeſtatem,
affinitatem,coëundi impotētiam. Sextum eccle
ſiæ ſacramentū Pœnitentia eſt, à Chriſto pro alte
ra naufragij tabula datū. Chriſtianus homo quili
bet

Matrimonium, ſacramentum quintum.

Matrimonij iura.

Duodecim matrimonio obſtantia.

Sextū ſacramentū pœnitentia.

bet indubie credere debet in quatuor conſiſtere.
Peccatorum videlicet pœnitudine, canonica con- Pœnitentia
feſſione, abſolutione, ſatisfactioneq;. Primo, non
leui, ſed grauiſſima pœnitudine in animę penetra-
libus ſuper perdita, iterumq; amiſſa illa per pecca-
tum puritate & innocētia, quā vel baptiſmo, vel Cōfeſſio.
ſuperioris pœnitentię beneficio conſequutus fuit
doleat, & dolore ſiue pœnitudine ea ſe recōcilian-
dum rurſus Deo ſperet, omnia quibus ſeſe innocē
tiam amiſiſſe, indignationemq; Dei in ſe cōcitaſſe
cognoſcit, ſacerdoti prudenti, ore proprio humi-
liter verè loco Dei cōfiteatur: firmiterq; credat, á
Chriſto illi ceu ſuo in terris vicario poteſtatē con
ceſſam eſſe, vt ſe à peccatis confeſſis omnibus ab-
ſoluere poſſit. Poſtremū pro ſatisfactione, & cul- Satiſfactio.
parum remedio non grauatè, verū alacriter obeat Ablutio.
quicquid facere iuſſus fuerit. Indubitata fide cre-
dat abſolutū eſſe ſe, ꝙ mox à ſacerdote abſolutio
debita verborum forma pronuntiata fuerit.
Vltimum ſacramentū Extrema vnctio creditur, Vlt. ſacra. vnctio extrema.
per oleum, quod ad hūc vſum ab epiſcopo in ſin-
gulis diocœſibus, annuo ritu, quinta feria quæ pa-
ſchæ feſtū proxime pręcedit, quemadmodū chri-
ſma cōſecratur à ſacerdote ex Iacobi Apoſtoli prę
cepto, & Felicis papę in ſede beati Petri quarti in
ſtitutione morituris tantummodo adultis, atque
iam poſcentibus præſtatur. Præſcripta verborū
forma & crebra ſanctorum inuocatione, ea corpo Quę corporis membra inungātur.
ris membra inunguntur, quibus quinque ſenſus,
viſus, auditus, guſtus, olfactus, tactus maxime vi
gere & homo deliquiſſe exiſtimatur, vtpote os,
oculi, aures, nares, manus & pedes: qua concedi, ſi
digne percipiatur, nedum leuium delictorum om
nimodam remiſſionem, verum quoque, aut mox Extremę vnctionis effectus.
priſtinam ſanitatem, aut obitum maturiorem,

lenio-

Qui dies Christianis ſacri.

leniore mq; ſancti patres credi voluere. Feſti die quos per annũ ab eccleſia obſeruari præcepere,in tium à Chriſti Domini noſtri aduentu, quem i Decembri Apoſtolus Petrus per hebdomadas i tegras treis & dimidiam ieiunio & oratione ant natiuitatem eiuſdem,quę vltimis Decembris di bus cõtinuis octo ingenti gaudio & ſolẽnitate c lebratur,omnes auſpicantur. Annũ in hebdoma das quinquaginta duas, hebdomadas in menſe duodecim,menſes vt plurimũ in dies triginta di uiſere. Prima Ianuarij die,vt ſecundũ Moſaicam legem Chriſtus præputio circũciſus ſit, eccleſia r colit. Tertia poſtea,vt à magis tribus,tribus mu neribus adoratus,atq; à Ioanne in Iordanis flum ne baptizatus,nouę legis primordia fecit.Secũda Februarij die,vt immaculata mater eius patrio r tui obediens,templo ipſum intulerit, & ſeſe pur gari permiſerit: in cuius rei memoriam ſolẽnis ab Eccleſia eo die proceſſio peragitur, candelæq; ce reæ benedicũtur. Vigeſimaquinta Martij, vt na ſciturus Chriſtus virgini Mariæ per angelum an nuntiatus, ſancti ſpiritus obumbratione in vtero cõceptus ſit: quo tempore,quadraginta etiã dies, quos nobiſcum in terris agens ieiunauit: & nos ieiunare paſſionemq; ipſius & mortem, q̃ vt nos à diaboli iugo liberaret ſponte ſua ſuſtinuit, reco lere voluere. Vltima illius ieiunij die,quę frequen ter in Aprilem cadit, maximo omnium feſto, vt ſuperata morte ad inferna deſcendit, diabolo ex pugnato rediit ſuis iterũ viuus, & glorioſus mul tum apparuit,celebrare. In Maio vt ſpectantibus diſcipulis vniuerſis propria virtute in cœlos aſcẽ dit: Quo tempore beati Mamerti epiſcopi Vien nenſis inſtitutione per vniuerſum Chriſtianũ or bem peregrinationes ſeu Letaniæ de eccleſia vna

Aduentus domini.

Temporis diuiſio.

Circũciſio Chriſti.

Epiphania domini.

Purificatio Mariæ.

Annũtiatio domini.

Ieiunium domini.

Paſſio Dñi.

Reſurrectio dñi.

Aſcenſio ad cœlos.

Letaniæ minores.

id aliam minores fiunt. In Iunio & Maio quãdo/que vt promiſſus ſpiritus ſanctus diſcipulis Chriſti ſingulis in ignitarũ linguarum formis deorſum latus apparuit, ac omnium nationum linguas & oqui & intelligere dedit. Octaua die ſequenti feſtum ſanctę Trinitati celebre. Deinde quinta ex Vrbani ſexti inſtitutione, vt in vltima cœna Chriſtus in perennem ſui memoriam ſaluberrimũ corporis & ſanguinis ſui Sacramentum ſub panis & vini ſpeciebus perpetuò viſendum, veſcendumque ſuis poſt ſe relinquens inſtituit, frequenti celebritate recolitur. Decimaquinta Iulij, vt beati Apoſtoli velut iuſſi fuerãt, duodecimo anno poſt Domini ſui in cœlos aſcenſionem, ad prędicandũ gentibus in orbẽ vniuerſum abierũt nouo feſto memoratur. Obitus genitricis Chriſti decimaquinta Auguſti. Natiuitas octaua Septembris. Vt templo præſentata à trimatu ibi ad nubiles vſque annos Deo iugiter ſeruiendo permanſerit, vigeſima prima Nouembris peragitur. Octaua Decẽbris immaculata illius ex diu ſterilibus parentibus cõceptio veneratur. Secunda Iulij die, vt montana tranſcendens Elizabet cognatam inuiſit. Conſtituti etiam duodecim Apoſtolis, quibuſdam martyribus, nõnullis confeſſoribus, & virginibus ſacri dies. Vigeſimaquarta ſiquidẽ Februarij Mathiæ, Marco euangeliſtæ vigeſimaquinta Aprilis: quo die Letanias maiores Gregorius fieri ordinauit. Philippo et Iacobo maiori prima Maij, Petro & Paulo vigeſimanona Iunij. Et eiuſdem menſis dies vigeſimaquarta Natalis Ioannis Baptiſtæ ſacra eſt. Vigeſimaquinta Iulij Iacobo minori, Bartholomæo vigeſimaquarta Auguſti. Matthæo vigeſimaprima Septembris. Vigeſimaoctaua Octobris Simoni & Iudæ. Vltima Nouẽbris Andreæ.

Penthecoſtes feſtum.

Trinitatis feſtum.

Corporis Chriſti.

Apoſtolorũ diuiſionis.

Aſſumptionis Mariæ.

Natiuitatis Mariæ.

Prǫſentationis in templum.

Cõceptiõis Mariæ.

Viſitatiõis.

Vigeſimaprima Decembris Thomæ. Et eiuſdem menſis vigeſimaſeptima Euangeliſtæ Ioanni, prothomartyri Stephano præcedens dies dicata, Innocentibus pueris ſubſequens. Laurentio decima Auguſti, Georgio vigeſimatertia Aprilis. Martino & Nicolao ſolis ex omnibus cōfeſſoribus feſta, huic ſexta Decembris, illi vndecima Nouembris tributa. Catharinæ virgini vigeſimaquinta Nouembris, Mariæ Magdalenæ vigeſimaſecūda Iulij. Eſſe etiam ſub vnius Michaëlis nomine omnibus beatis angelis diem vigeſimūnonum Septembris ſacrum. Et in cōmune oībus ſanctis & electis dei primū Nouembris voluere.

*Dñica dies Chriſtianis vt Iudæis ſabbatū, ſacra;*

Septimā preterea qnanq; diem, quemadmodū Iudæis ſabbatum, Dominica appellatione ab omni ſeruili operatione prorſus Chriſtianis quietā eſſe, Solum diuinis laudibus, diuinis ſacrificiis in eccleſia operari. Euāgelium & fidei precepta à ſacerdotibus prædicātibus addiſcere, ac quibuſcūq; modis cœleſtis in nos numinis iram diebus ſex intermediis prouocaſſe timemus, hac die totū deprecari expiareq;.

*Quinta q̄q; dies olim ſacra, vt dñica hodie.*

Olim quæq; quinta dies pari celebritate obſeruabatur: ſed ne idololatris gentibus quę Ioui hac die feriabāt, nonnihil cōdonaretur, abrogata. Rurſus fiebat tā dominicis diebus q̄ quintis feriis, ante miſſæ incœptionē per Eccleſiarum circuitū à clero & populo ſolennis proceſſio, atq; aquę benedictæ per ſacerdotē aſperſio.

*Proceſſio dñico die q̄re fiat.*

Agapitus inſtituit hāc in memoriam Chriſti aſcenſionis, in illa glorioſę reſurrectiōis, quę de dominica in dominicā, velut de octaua in octauam perpetuo feſto celebratur. Per noctes, quę præcipuos ſolennes dies præcedūt, totas olim ex præcepto clerus & populus omnis in eccleſia diuinis laudibus inuigilabant: ſed ob plura enormia ſcandala & cri-

mina,

mina, quę tenebris occultātibus à malitioſis inte-
rim perpetrabantur, mos iſte ſublatus, pro eo ieiu
nia die præcedenti inſtituta adhuc vigiliarum no-
men retinent. Quinq; per annum eccleſiam reco-
lere ſtatuêre, à dominica, q̃ ſeptuageſima à ſeptua-
ginta diebus quos includit, ad octauam Paſchæ
Chriſti domini ieiunium, paſſionem, mortem, ſe-
pulturam, præterq; hoc primorū parentum miſe-
rabilem lapſum, maximosq; humani generis erro
res illos, quibus à veri nominis cognitione cultu-
que abducti, ad idolorū & malorum dæmonum
profanam obſeruationem declinauit. Durā item
& intolerabilem illam ſeruitutem, quā ſub Ægy-
ptio Pharaone Iſraëliticus populus ſeruiebat: qua-
re in canonicis horis Geneſeos & Exodi libri le-
gunt, & triſtitiam tā in geſtu q̃ cultu oē̃m eccleſia
oſtentat. Ab octauo Paſchatis die ad octauum
Penthecoſtes Chriſti reſurrectiónem, aſcenſionē,
& ſancti ſpiritus tranſmiſſionem: quumq; hoc hu
mani generis Deo patri per filium recōciliationē
redemptionemq;, ac in qua pręfigurata fuit, filio-
rum Iſraël in terram promiſſionis reſtitutionem:
noui ob id inſtrumenti libri leguntur, & iucunda
lætaq; omnia repetuntur. Ab octauo deinde Pen
thecoſtes ad Chriſti aduentum vſque per hebdo-
madas plus viginti miracula & conuerſationem
illius cum mundo celebrare voluere: pręterq; hoc
longam illam peregrinationem, quam à reſtituta
ſalute ad extremum ſęculi diem de generatione in
generationem longa ſerie humanum genus facit,
vnde ob diuerſam fortunam qua velut in æſtuoſo
pelago nauis fluctuatur, eccleſia neq; ſat exultat
neq; triſtatur, verū vt cautè ambulet, victoriam-
que ex ingruentibus procellis reportet, varij ve-
teris & noui inſtrumenti libri præleguntur.

Quinq; per annū eccleſia recolit. Chriſti paſſionem.

Chriſti reſurrectionē

Chriſti in mundo cōuerſationē.

Chriſti ex-pectationē. A Domini inſuper aduentu ad ipſius natiuitatem temporis meminiſſe, quod à Moſe ad Meſſiæ exortū perdurauit, quo certificatum de ſua ſalute humanum genus ex lege & prophetis illius aduentum futurumq; regnum ardentiſſimis deſyderiis expectauit. Prophetias igitur legi & ieiunium ſtatuere, vt Eccleſia ex his & edocta melius & habilitata Domini ſui Chriſti natalem, qui in quarta hebdomada ſemper celebratur, dignè exceptū læta ſalutis ſuę primordia, veluti cōtinuo feſto ad ſeptuageſimam vſq; dignè & meritò pertractaret.

Chriſti Ieſu natalem diem.

Chriſtianorum oratoria ſiue templa. Oratoria ſiue templa, quę eccleſias appellauere, nō niſi Epiſcopi diocœſani permiſſu ædificari voluere, & comportata ad ſtructuram materia fundoq; ſolidiori reperto: eundem ad hoc accitū lapidem primarium angularem in fundamentis benedicere, ſigno crucis ſignare & orientem ſolem verſus dirigere: tum primum fabris cæmentariis ſuperædificare fas eſſe, Ædem in humani corporis ſeu crucis formam. Chorum in quo ſummum altare & pſallentium clericorum chorus, à quo appellatur, eſſet, caput pręſentare orienti obiectum, rotūdum poſteriori ædificio breuiorem: ſed propter oculos qui in capite ſunt, magis luminoſum, cancellis à reliquo corpore, veluti collo, diſtingui.

Diſpoſitio templorum Chriſtianorum.

Turrim huic vnam aut duas (forſitan aptius) aurium loco annecti. Campanas in his ſuſpendi, ad populum ad diurna nocturnaq; officia conuocandum. Poſterius ædificium, ita quoquo verſum cōſtitui, vt aptè brachia ad dexteram leuamque, reliquum corpus cū pedibus porrectum in longum latumq; ſignificet. Conclaue concameratum, vt plurimum ſub turrium vna eſſe: ianuam in chorū habens, in quo ſacrorum vaſa, conſecratæ veſtes, aliaq; Eccleſiæ vtenſilia reponantur, Sacrarium illud

Poſterius ædificium.

illud dici. Columnas duplici ordine locari, in quarum epiſtyliis teſtitudinem aut tectum quieſcere baſibus inferius altaria applicari, altaria pallis duabus ritè inſtrata, Chriſti cruce, aut ſanctorum reliquias conſeruante arcula. Candelabris duobus hinc atque hinc diſpoſitis, & libro ſemper exornata eſſe. Parietes intus & extra incruſtari variaque pictura inſigniri. In ſingulis parochiis ſingulos ex cauatos & bene munitos lapides haberi, in quib⁹ conſecrata baptiſmatis vnda pro baptizandis cõſeruaretur. Ad dexteram ſummi altaris parieti aut applicari aut incidi riſcum, in quo dominici corporis ſacramẽtum ac oleum ſacrum pro ægrotis, Chriſma pro baptizandis omni tempore ſub clauſura haberi voluere. Suggeſtum in Eccleſiæ ad hęc medio eſſe, ex quo feſtis diebus populus à ſacerdote ſuo, quæ ſciri opus ſit edoceretur. Clero ſoli chorum in Eccleſia locum eſſe, profanę multitudini poſteriorem partem: diuiſim tamen, viris dextrum latus, mulieribus ſiniſtrũ: honeſto vtroſque & geſtu & cultu eſſe: quicquid contra bonos mores, cõtra Chriſtianã religionem eſſet, magna diligentia deuitare. Comas in prima Eccleſia tam viros quàm mulieres nutrire, & corpus nudum oſtentare mos fuit. Nihilq; aut parum in corporis cultu differre. Mulieres capita obnubere, viros comas decurtare: & vtroſque in habitu diſcretos eſſe beatus Petrus primum præcepit. Admetiri porrò ſacris ædibus omnibus adiacentem agrum in quo Chriſtianorum hominũ cadauera communiter ſepelirentur, Cœmiterium appellari, ab Epiſcopo conſecrari, atque omnibus quibus Eccleſia priuilegiis vti. Defunctis non vbique æqualiter exequiæ parãtur. Aliqui enim continuis diebus ſeptem, aliqui nouem, quidã triginta, aut quadra

Sacrarium. Columnæ.

Altaria & eorum adornatio.

Baptiſteriũ

Sacrum riſcum.

Suggeſtum

Chriſtianorũ honeſtas in eccleſia.

Cœmiteriũ

Defunctorũ exequiæ, & quandiu lugentur.

ginta aut quinquaginta,nonnulli centum,reliqu
toto anno nigris indumētis obuoluti magis q̃ v
ſtiti lugent,& iuſta quotidie faciunt. Cadauer lo
tum prius ſudarioq; aut cilicio indutum à ſuæ cō
ditionis viris,clerici à clericis,laici à laicis cū can
tu Toletanū concilium efferre decreuit,à ſacerdo
te thure ſuffitū & benedicta aqua cōſperſum cum
certis imprecationibus ſepulchro imponi reſupi
num pedibus ad orientem, capite ad occidentem
ſolem verſis,terra poſtea obrui. Sepulchrum in ſi
gnum Chriſtiani ibi ſepulti lignea cruce & circū
eam hedera,cupreſſo,aut lauro inſigniri, Chriſtia
næ religionis inſtituta hęc ſunt.

Chriſtianorū funeratio.

# DE EVRO-
## PEIS MEMORABILIORI-
## BVS GENTIBVS,
### Liber Tertius.

### CAPVT PRIMVM.

Europæ limites

POST Aſiam ad Europam tertiam
orbis partem ſtylus vertendus eſt
appellatam ab Europa Agenoris
Phœnicū regis filia: quæ à Ioue ra
pta,in Cretam abducta fuit. Ab oc
cidente mari Athlantico clauditur,à
ſeptentrione oceano Britānico,ab oriente Tanai
Mæotide palude & Ponto, à meridie Mediterra
neo. Terra multiformis,& ad virorum virtutem
ingenue diſpoſita: ciuiumq; & domeſticarum ad
alios

alios rerum transfuſiua. Eſt enim tota habitabilis in exigua tantũmodo parte propter frigoris vim inhabitabilis: quę finitima Tanaidis et Mæotidis incolis Boryſtenenſibusq; in curribus degẽtibus: habitabilis autem regionis id quod algidum eſt, & montanum laborioſe habitatur. Curatores autem probos ſuſcipientia loca etiam praue habitata & per latrocinia mitigantur. Quemadmodum obtinentes Græci mõtes petrasq; incoluerũt pulchrè ob prouidentiam circa ciuilia artesq; & reliquum ad vitam ſenſum. Romani quoque multas gentes accipientes, quę natura inhumanæ erãt, ex ipſis locis aſperis importuoſisq; & frigidis, cauſaue alia male habitatis inſociabiles homines inter ſe, multis aliis admixtis cõnexuerunt. Et ciuiliter quidem viuere agreſtiores durioresq; docuerunt. Quantum autem Europę ipſius in plano eſt, naturalemq; temperiem habet, multũ adiuuat ad iſta: quandoquidem id quod eſt in felici regione, pacificũ omne eſt: & quod in triſti, pugnax & virile: accipiuntq; hę gentes aliqua inter ſe beneficia Aliæ enim opem armis ferũt, aliæ fructibus & artibus, morũq; doctrina. Manifeſta verô ſunt etiã nõ auxiliantium inuicem detrimenta. Habet ſuperius quiddã vis arma tenẽtium, niſi ea ipſa multitudine ſuperetur: adeſtq; terrę ipſi etiam vltra hoc quoddam naturale bonum, ꝙ ea ſanè omnis planicie montibusq; diſtinguitur. Ita vt vſquequaq; deſcriptibile & ciuile pugnaxq; ſubiaceat: plusq; eſſe alterum, id ſcilicet, quod eſt pacis familiare: ita vt hoc vincat adiuuantibus etiam ducibus, Græcorum prius, Macedonum verò Romanorumq; poſterius. Ex hoc autem & ad pacem & ad bellum ſufficientiſſima eſt ſibi. Etenim multitudinem pugnacem abũde habet, & quę agros colat,

*Europæ laudes.*

*Græci.*

*Romani.*

*Europa & ad pacem & ad bellũ ſibiipſi ſufficientiſſima.*

& quę vrbes quoq; contineat. Excellit hæc & fru-
ctus afferens optimos vitæq; neceſſarios; & me-
talla quęcunq; vſui ſunt. Odores ad ſacrificia, nec
non multi ſumptus lapillos ipſa extrinſecus petit.
Quarum etiam rerum inopibus nihilo deterior, q
abundantibus eſt vita. Similiterq; pecudum exhi-
bens mitium multarū copiam, At beſtiarum fera-
rumq; habet raritatem. Et talis quidem natura eſt
Europę in vniuerſum, particularis autem pars pri-
ma eſt omnium ab ortu Græcia.

## DE GRÆCIA, ET LEgibus á Solone Athenienſibus Græcorum longè principibus ſancitis.

## CAPVT II.

Græciæ deſcriptio.

GRæcia Europæ regio eſt, á quodā Græco qui
latè in ea rerum olim potitus eſt, appellata.
Hęc ab Iſthmi anguſtiis incipit, & á ſeptentrione
in meridiem vecta, quá ſol oritur Ægeis, quá occi-
dit Ioniis fluctibus obiacet. Thermopylæ medi-
am dirimūt, vt Italiam Apenninus iuga mōtium
á Leucade & mari ad occidentem ſolem verſo, ad
alterum mare, quod ad ortum ſpectat tendentia.

Thermopylæ. Apenninus

Extremos montes ad occaſum Oetham vocant:
quorū quod altiſſimū eſt, Gallidromum appellāt,
per cuius vallem in Malliacum ſinum iter eſt, non
latius ſexaginta paſſibus. Hęc vna via militaris
eſt, per quam ſi nemo prohibeat, traduci poteſt ex-
ercitus: cætera loca adeò ardua & perplexa, vt ne
expeditiſſimis quidem ſint peruia: ideo pylæ, quaſi
portæ, dictæ: & á calidis aquis inibi naſcentibus
Thermopylę. Iacent ad mare verſa, Acarnania,
Ætolia, Locris, Phocis, Bœotia, Euboia penè ter-
ræ annexa, Attica & Pelopōneſus, longius præ-
dictis in mare excurrunt; diuerſa montium ſpecie:

Gallidromus.

Regiones Græciæ.

& quá

& quà ad ſeptentrionē obuerſa iacet, includitur Epirus, Perrebia, Magneſia, Theſſalia, Pthiote, & ſinus Malliacus. Athenæ ciuitas liberalium literarum & philoſophorum mater, & qua nihil habuit tota Græcia clarius atq; nobilius, fuit inter Achaiam & Macedoniā in regione quę Attica appellatur, ab Atthis filio Athenarū regis, qui Cecropi in regno ſucceſſit, & Athenas condidit, vnde & Cecropia dicta eſt, & poſteà à Mopſo, Mopſopia, & à Ione Xuti filio, vel, vt Ioſephus ſcribit, à Iano Iaphet filio Ionia: poſtremo à Minerua Athenę: Gręci enim Mineruā Athenam vocant. Athenieſibus Draco primum leges conſcripſit, deinde Solon Salaminius multis prioribus ob pœnarum magnitudinem abrogatis: omnibus enim ferè legibus, quas Draco tulerat pœna erat morte diffinita, vt ocij & deſidiæ conuicti, capite plecterentur. Qui olera, fructusve in alieno prędio legiſſet, eodem quo & paricidæ ſupplicio puniretur. Ciuitatem cenſus æſtimatione Solon in ordines diſtribuit. In primo ij fuere, quibus quingentorū Medimnū eſſet cenſus. Secundo dein loco adſcripti, qui trecentis cēſi forent, equosq; alere poſſent. Tertius equorū onere adempto pari cenſu æſtimatus. Et ex his ferè ordinibus Magiſtratus creari, qui infra fuerūt Mercennarij nuncupati, concionis habendæ, iudicādiq; munia, cæteris excluſi magiſtratibus obibant. Quam ciuilē inſtitutionem Romæ Seruius Tullius magna ex parte imitatus creditur. Concilium in Areopago ex annuis magiſtratibus cōſtituit, inſtituti huius Draconem autorem prodiderunt. Quidā ſecundum hęc, quę dixi, vt omnē Solon ciuilis diſcordię occaſionem in futurum tolleret, ne temeraria multitudo incertis (vt ſolet) flatibus iudicia turbaret; ex quatuor tribubus, quæ

Athenæ & ciuium inſtituta.

Athenarū appellatio.

Draconis leges

Ciuitas in ordines diſtributa.

Cōciliū in Areopago.

Quatuor tribus.

Quadrin-genti viri Areopagi-tis additi.

Athenis erãt quadringentos legit viros,ex ſingu-lis centũ:his permiſſum,vt quę Areopagitæ de-creuiſſent,ſi æqua viſa forent,probarẽt:ſi minus eſ-ſent placida,pari poteſtate reſcinderẽt.Atq; ita,ve-lut duabus anchoris nixus,aduerſus omnes fluct-us immobilis manſurus ciuitatis ſtatus videri potu-it.Parricidij,affectatęq; tyrãnidis damnati,ne ma-giſtratum caperent lege vetuit.Nec hos ſolum a-b honorum petitione excluſit,ſed eum quoq;, qui orta in ciuitate ſeditione neutrã partium ſequut-us eſſet,mali ciuis eſſe ratus, quũ proprias rationes in tuto collocarit,nulla cõmuni cura ſolicitudin-e ve teneri. Habuit nec minus admirationis illud, vt fœminæ,quę viros parum ad rem venereã ido-neos ſortitæ eſſent,vnum,quem vellent,ex mariti propinquis impunè admitterent.Pecuniarias do-tes è medio ſuſtulit,vt pauca veſtimenta, & vaſa quędam paruo empta paterna domo ferret muli-er:teſtatus coniugij ſocietatem,non precio,ſed na-torũ charitate iungi oportere:ne in defunctos vi-ta maledicta iacerentur.Si quis in ſacro aut in iu-dicio,ciui cõuitium feciſſet,quinq; dragmis mul-ctaretur.Legandæ pecunię,cæterarumq; rerum fa-cultatem teſtari volentibus permiſſam,quum pri-us patrio inſtituto in familia eſſe debere cenſere-tur,quę amicitia propinquitate prælata eſt,& gra-tia neceſſitati,in ea cautum ne dementia ſubdola-ve perſuaſione fieret. Ploratus & lamentationes in alieno funere ſuſtulit. Nec ſubſidia alimentave vlla filius patri deberet,à quo non arte eſſet aliqua ad vſum vitę inſtitutus.Qui illegitimo eſſent tho-ro procreati,neu parentes alerent. Enimuerò qui meretricio non abſtinet congreſſu,is perbelle de-monſtrat,ſe non liberorum procreationi, ſed vo-luptati ſtudere,ſeq; ipſum mercede priuat. Mo-

Lex admi-randa pro mulierib9.

Dotes pecu-niariæ ſub-latæ.

Legãdę pe-cunię facul-tas permiſ-ſa.

Luctus in alieno fu-nere inhi-bitus.

chum

chum in adulterio deprehēſum impunè necari voluit. Qui vim ingenuę virgini intuliſſet decē dragmis mulctari. Ius vendendę filię ſororisve ſuſtulit, niſi adhuc in ſtupro deprehenſæ. Qui Iſthmia viciſſet centum dragmas, qui Olympia, quingentas prēmium ferret. Qui lupum victum attuliſſet quinq; dragmas ex publico acciperet. Qui lupam dragmam vnam: hoc pecoris, illud bouis preciū: vetus fuit Athenienſium hanc beluam inſectari, quippe quę æquę ſit pecuarię rei & agrorum cultui infeſta. Eorum liberos qui in prēlijs occubuiſſent publicè nutriendos erudiendosq; præcepit, quo ſanè animati ſinguli fortiter ac ſtrenuè in bellis dimicarent. Voluit etiam vt & is qui oculos in bello amiſiſſet publicè aleretur. Præclarè & illud ſtatuit curatorem cum pupillorum matre non inhabitare. Cauit ne is fieret curator, ad quē poſt pupillorum obitum ſubſtantia ſpectaret. Illud itē non licere anulario venditi anuli ſeruare ſigillum. Et qui alteri vnum oculum eruerit, ei ambos erui debere. Et quæ non poſuiſti ne tollas, ſi quis ſecus facit, capitale eſto. Principem, ſi ebrius deprehenſus eſſet, morte mulctandum. Athenienſes vt dies ſecundum lunæ curſum agerent, monuit. Ex omni genere frugum mel & cæram extra Atticos fines aſportari permiſit. Nullum ciuitate donari niſi opificem, qui cum tota domo ſe Athenas contuliſſet, aut perpetuo exilio natali ſolo pulſus eſſet, cenſebat. Has leges Solon ligneis tabulis, quas Axionas dixere, notatas, in Centum annos ſanciendas curauit, haud ignarus fore, vt his ciuitas longa temporis intercapedine aſſueta, in perpetuum deinceps ſanciret. Herodotus in decem annos Atticis legibus cautum prodidit. Sed vt ſanctiores eſſent, magisque obſeruarentur,

aliorum

Adulterorum pœna.

Victorum præmia.

Lupus ab Athenienſibus inſectatus.

Occiſorū in bello liberi ex publico aliti.

Curator pupillorū

Princeps ebrius morte mulctandus.

Legū tabulæ Axionæ dictæ.

aliorũ legumlatorum more, qui latas leges ad n
men aliquod referre ſolent, ipſe, quemadmodu
Draco anteà, Mineruam ſuarũ autorem dixit: at
in verba ſua iurare in foro ad lapidẽ, ſenatum p
pulumq; induxit. Fuerunt Athenienſes non adu
næ, neq; paſſim collecta populi colluuies origin
vrbi dedit, ſed in eodẽ nati ſolo, quod incolunt; &
quę illis ſedes, eadem origo eſt. Primi lanificij, &
olei, & vini vſum docuere, arare quoq; & ſerer
frumenta glande veſcentibus monſtrauerunt: lit
rę certę, ac facundia, & hic ciuilis ordo diſciplin
veluti templũ Athenas habent. Tres leges, quę i
Neptuni placationem à Cecrope, in mulieres, à q
bus Deus ipſe ſuffragio faſtiditus fuerat, & Mi
neruæ poſthabitus, latè erant, adhuc obſeruaba
tur, videlicet, ne vlla vnq̃ mulier ſenatum ingred
retur, vt nulla earum proles maternum nomen a
cipiat, ne quis eas Atheneas ſiue Athenienſes di
cat, ſed Atticas. Cęſos in bello Thucidide autor
in hunc modum ſepeliunt, facto ante triduum ta
bernaculo, mortuorũ oſſa proponuntur, & ſuorũ
quiſq; reliquiis, ſi quid lubeat, imponit, quum e
feruntur ſingularum tribuum ſingulas tribus ſu
quãq; tribus oſſa continentes vehicula portant.
Vnus item thorus inanis fertur, cõſtratus eorum
qui non extant, qui inter cæſos non fuere reperti.
Efferunt autẽ promiſcuè voluntarij quiq; vel ci
ues vel hoſpites fœminis propinquate cõiunctis
ad ſepulchrum eiulantibus, conduntq; in publico
monumento, quod eſt iuxta monumentũ Calliſti
apud ſuburbana, vbi ſemper eos ſepeliunt, qui in
bello ceciderũt: pręterq̃, qui in Marathone, quorũ
ſingularẽ fuiſſe virtutẽ exiſtimantes, eodẽ in loco
ſepulchrũ fecerunt: poſteà verò q̃ eos humauerũt,
aliquis ab ipſa ciuitate delectus vir haud quaquã

Minerua Atheniẽſiũ legũ autor.

Atheniẽſiũ origo & inuenta.

Tres leges in Neptuni placationẽ i mulieres.

Cæſos in bello quomodo Athenienſes ſepeliant.

Monumentũ Calliſti.

Marathon ciuitas nõ procul ab Athenis.

ro incõſulto habitus,& cui pro dignitate cõueni ,ſuper eos orationẽ habet,qualem decet de eorũ udibus qua habita diſceditur:hoc quidem more pellunt,quo per omne belli tempus quoties id cidit, legitimè vtuntur.

## DE LACONIA ET LAconũ ſiue Lacedęmonũ inſtitutis. CAPVT III.

Aconia in Peloponneſo prouincia,quę & Oebalia & Lacedæmonia dicitur,à Lacedęmone ouis & Thaygetæ filio:à quo etiã clara & potẽs ſuitas in eadẽ regione ædificata eſt atq; appellata. Hęc quoq; Spartha dicta eſt,à Spartho Phoronæi lio,Agamemnonis regia fuit.Lycurgus inſignis hiloſophus Polydectis Regis frater quum vita lo defuncto Imperiũ relicti filij tutoris nomine liquãdiu adminiſtraſſet,ciuitatis ſtatũ atq; regio is optimis inſtitutis,optimis legibus excoluit. Quum anteà ex omnibus ferè Græcis ſoli Lacęmonij peſſimè morati eſſent,tã circa ſe q̃ circa oſpites,nullo cõſuetudinis cõuerſationiſq; com ercio.Lycurgus ergo audacter rem aggreſſus, mnia iura,inſtituta,& priſcos viuendi ritus abogauit atq; ciuiliora quędã multoq; laudabiliora nſtituit.Primũ omniũ ſeniores de Republica ele ti,qui cũ Regibus qui duo numero creati ſunt, onſultarent:is ordo velut arbiter fuit,inter regiã oteſtatẽ,& vim multitudinis:ne,aut hęc contuacia ſæuiret:aut Imperio illi.Octo & viginti ſeniores(tot enim fuiſſe Ariſtoteles ſcripſit)duobus egibus aſſidebant,ne nimium Democratia inuaſceret prouidentes:& rurſus,ne qui Regnum te erent,tyrãnicum quippiã molirẽtur,quę hic oro decreuiſſet,cætera multitudo, vt ſciret neceſſe at.Addita deinceps poſt multos annos Ephoro rum

Orbalia Lacedęmonia.

Spartha.

Lycurgus philoſoph9 legislator.

Reges ſimul apud Lacedęmones regnabant

Octo & viginti ſeniores.

Democratia.i.principatus populi.

Ephororũ poteſtas.

rum poteſtas,huic paucorũ adminiſtrationi, qu
Græco verbo Oligarchia dicitur,poſtea q̃ nim
viſa eſt feroceſcere:eſtq; quaſi frænũ concilio i
iniectum,accidit id tamẽ centeſimo à Licurgi i
teritu anno,quum Theopompus regnaret. Alt
rum ab Oligarchia inſtitutũ,agrorũ diuiſio: pe
ſuaſit illi multitudini, vt ſolum omne Laconi
in medio poſitum æquis in ſingulos portionib
diuideretur:oportere ratus ciuem ciui ingenio,
virtute non luxu,& diuitijs prçſtare. Abijt igit
vniuerſa terra in ſortium nouem & triginta m
lia:in nouem millia vrbanus ager. Paganicus
Municipalis in triplo & amplius maiorem num
rũ:portio quçlibet ea fuit,quç viro frumenti m
dimnos.lxx.fœminæ.xij.annuos ferret. Habuit
principio animo & res mobiles diuidere,ſed in
diã veritus,quç inde imminebat(plures enim v
debantur id ægrè laturi) omnem auri argentiqu
vſum è medio ſuſtulit,ferreumq; nummum ind
xit,percuſſitq; decuſſem,quẽ iuſſit minimè val
re,ac tum demum omnis furandi occaſio ſubla
eſt.Ignitum ferrũ ex quo nummũ percusſit acet
extinxit,vt ad rem nullã amplius ob mollitien
vtile redderetur.Omnes ad hoc artes vt inutile
vrbe eiecit:quanquàm artifices ipſi ſublato au
vſu ſua ſponte inde tranſmigrarunt,quũ ferrei n
mi apud alios in vſu non eſſent.Mox verò vt o
nem ex ciuitate tolleret luxum , publica conuiu
inſtituit,vt diuites promiſcuè & inopes vni adh
berentur conuiuio,vniſq; veſcerentur epulis . A
ne lautorum quiſquam cœnatus in publicum v
niret,qui minus cupidè & hilariter veſceretur, v
parum frugi à proximè accumbentibus obiurga
batur:quo planè inſtituto omnis vetus è medi
luxuria ſublata eſt.Exarſerunt ex ea re potentior

ira

Oligarchia

Agrorum diuiſio

Auri & argẽti vſus è medio ſublatus.

Artes omnes apud Lacedçmones ſublatç

Luxus omnis ſublat9

ræ,impetuq; in eum facto,alter eſt illi oculus ba-ulo excuſſus,quare cautum,ne Spartiatæ cum ba-ulo amplius ad conuiuium intrarent.Hunc cōui-andi ritum Philias dixerunt,haud dubiè publicę micitiæ & humanitatis argumento:vel ꝙ quaſi 'hiditia dicerent, ꝙ ita cōuiuando φειδοῖ,id eſt, arſimoniç aſſueſcerent.Qui ſacrificij aut venatio-is cauſſa conuiuio non occurriſſent,his domi cœ-are permiſſum,cætera multitudo aderat: confere-ant ad hoc conuiuium quotannis ſinguli farinæ iedimnum vnum, vini coros octo, caſei quinq; ıinas,ficuum quinq; ſemis minas.Frequentabāt d pueri etiam velut temperantię,omniſq; ciuilis iſciplinæ gymnaſium:aſſueſcere ibi vrbanis ſer-ionibus,iocariq; comiter diſcebant,ac ſine ſcurri-tate cauillari.In re vxoria haud tam pudicitiæ q̃ rocreationi ob aſſiduam militiam eſt conſultū, ouſq; vxoribus indultū,vt eas viri heras appel-rent. Virgines curſu,palæſtra,diſco,iaculo, exer-:bantur:vt ocio & muliebribus delitijs ſublatis obuſtiores ad tolerandos partus fierent:nudæ vt ueri in aperto verſari,ſaltare & cantare in ſacris uibuſdam præſentibus ſpectantibusq; iuueni-us:nudatio illa nihil turpe habuit: aderat nanq; erecundia,petulantia omnis aberat.Hinc illa in-oles tempeſtiuaq; in Laconicis fœminis ad om-'a promptitudo.Qui cœlebs vixiſſet Gymnicis ectaculis arcebatur,nudusq; hyeme forum cir-ibat,ne vt cæteri ſenes in honore apud iuuenes ſet.Nubebāt virgines raptu maturæ viro.Para-ympha in cubiculū abducta capillos ad cutem ſecabat:ſponſus inde ad eam ingreſsus cingulū luebat,noctu tantum cum ea congrediebatur, :c prius ſponſam aſpiciebat interdiu quâm ex il-factus eſſet pater. Filiorum & ſobolis dignis

homini-

φιλίας, id eſt amiciti-as.

φειδίτια, id eſt,ſoda-litia.

Ad publi-cū cōuiuiū quid ſingu-li conferes-bant.

Vxores he-rę appella-tę.

Virginum ſtudia.

Cœlibes ludibrio habiti.

Raptu nu-bunt virgi-nes.

Spōſus ſpō-ſam non aſpicit an-teq̃ pater ſit factus.

hominibus permiſſa. Licebat ſeniorum cuiq; h
neſtum ex iuuentute ac probum aliquē ad vxo
procreationis cauſſa adducere: atq; vbi eā alien
ſemine impleſſet, ſuum quod naſceretur effice
neque probro dari ſi quis huic, qui fœcundam p
dicāque haberet vxorē ſuadere eſſet auſus, vt cu
ea ſibi cōgredi liceret, ceu bono fertilique ſolo o
raturus liberorum cauſſa. Ridebant ad hęc quar
dam gentium ſtultitiā, q; canes & equas nunc p
cio, nunc gratia optimis eius generis animalib
ſupponerēt: vxores pręſidio cuſtodirēt: ex illis f
li ipſi ſiue amentes eſſent, ſiue ægri infirmique g
Ius alendi partus parē tibus nullū — nerare vellent. Ius alendi partus nullum parētib
natus infans in publicum deferebatur ad locū q
Ieſchem dixere, vbi magno effecto puero, viri p
eri formā intuiti, ſi probaſſent, ex nouem milib
ſortium in quas vrbanus ager diuiſus erat, vna
illi curabant adſcribi. Infirmum & deformem a
Infantes infirmi pręcipitio necati. — apothecas locum, haud longè à Taygeto pręcip
tē ac pręruptum exponendū dabant, vtpote Re
publicę inutilē. Mulieres vino nō aqua pueros a
luebāt, quo liquore admoto conſtat reſolui corp
ra debilitarique, ſi qua ſunt Comitiali morbo o
noxia. Nulla lotis fomenta adhiberi, nulla teneri
crepundia, ſolitudinibus tenebriſque aſſueſcere.
Puerorum Lacedęmonū educatio. Exercitia. — Ob idque externarū gētium quidā Laconicas n
trices liberis alēdis adhibuerunt. Pueri à ſeptim
anno in æqualiū cœtu exerceri, literaſque pro ne
ceſſitate addiſcebāt: reliqua diſciplina toleratu pe
cipiebatur. Ad cutē pueri tondebātur: nudis calc
bus ambulare, duodecimo anno tunicā vnam pa
trio inſtituto ſortiri, neque balneas, neque fomēt
ſcire. Thoris ex arundine cōſtructis quietē capie
Irē puerorū pceptor. — bāt: Hyeme eos quos Lycophones dixerunt th
ris immiſcere. Iren qui cœtui præerat, is creaba
qu

quí vno anno aut altero cęteros anteibat, grādio-
res lignari imperabat, minores onera furto quęre-
re. Maiorum cōuiuia ingredi, inde etiā aliquid fu-
rari: qui deprehenſi erant in furto flagris admoue-
bantur: nō quia nefas eſſet furari, ſed ꝙ parū pru-
dēter, & ingenioſe eſſet id ab eo factum. Iren quoſ-
dam canere iubebat, alios argutas quęſtiones pro
ponere, breue eſſe oportebat, ſubitumq; reſpōſum
ꝙ ſi quis negligentius feciſſet, huius pollex ab Ire
ne acrius mordebatur. Inſtituebantur ad hęc graui
vti oratione, ſed quę iocūditate non careret, ſentē
tijsq; breui ſermone complexis, ita vt res in pro-
uerbiū abierit. facilius philoſophari homines poſ
ſe q̄ Laconicū ſermonē imitari. Operępreciū eſt
etiā cognoſcere quale ab initio ſtudium fuerit om
nium ætatum, quanta ad virtutē contentio, atque
æmulatio. In tris diſtincta erat choros omnis ętas
Tū in ſolēnibus ſacris ſeniorū cœtus canere exor
ſus, Fuimus olim robuſti & iuuenes canora voce
pronunciabant. Tum adultæ ętatis eū excipiens,
Nos quidē iuuenes ſumus & fortes reſpondebāt:
idq; ſi libet experiamini: ad eam puerilis chorus,
Iam boni erimus, & meliores. Plutarchus autor
eſt ad ſua vſq; tēpora perduraſſe Laconicos quoſ-
dam modulos, quibus illi ad tibiam in hoſtē itu-
ri vti conſueſſent. Thucidides Laconici huius in-
ſtituti relator, tibiarum modulos in prȩlijs vſos
ſcriptum reliquit: negat tamen id aliquo religio-
nis ritu rei ve diuinę cauſſa fieri ſolitū, nec; vt vi-
brarentur animi excitarēturve ad pugnam (quod
cornua & litui apud Romanos factitarunt) ſed vt
æquali modulatoq; ſenſim greſſu conuenientes
pugnam capeſſerent, nec ſuos ordines diſtrahi ſi-
nerent. Extat Laconici vatis carmen, quo apparet
non tibia ſolum Spartiatas in procinctu vſos, ſed

Furari ho-
neſtas habi-
ta à Lacedę-
monijs.

Prouerbiū

In choros
tres ætas
ōis diuiſa.

Cātus tibi-
arū in bel-
lo vſurpat⁹

Citharę cō
cētu in pro
cinctu La-
cedęmones
vſi.

Citharæ etiam concentu:qui mos & ipſæ à Crete
ſibus ſumptus videri poteſt. Herodotus Halyate
Lydorum regem ſcribit fiſtulatores & fidicinas,
& quod penè indignum relatu ſit, conuiuiorum
etiã delicias in acie habuiſſe, eo bello, quod Mile-

Cornuũ & lituorũ cõcẽtu clamoreq; Romani bellũ capeſſebant.

ſiis intulit. Romani, prȩter cornuum & lituorum
concentum, ardentiſſimo militum clamore bellũ
capeſſebant: quod longè diuerſum ab eo eſt, quod
Homerus de Achȩis ſcripſit, quos tacitos fecit, ſpi
rantesq; robur in pugnam procedere. Galli tripu

Galli cũ tripudio bellũ inierũt.

Barbari cũ vlulatu.

dio, vt Polybius & Liuius ſcribunt, ſcutaq; ſuper
capita quatientes. Barbarorum quidam cum vlu
latu prælium ineunt. Ex qua rituum varietate po
teſt intelligi, cæteras gentes non id quod Spartan
in bellico concentu ſequutas. Capillos prȩtereà a
pubertate ex inſtituto alebant memorabili legũ-
latoris dicto, comantibus capitibus multo pul-
chriora fieri humana corpora, quæ ſi ſint alioqu

Rex bellũ initurꝰ Muſis ſacrificabat.

deformia, capillo haud dubiè feroceſcant. Præliũ
initurus rex Muſis caprã immolabat. Domi Mili-
tiæq; certa viuendi lege ſunt vſi, bellicaq; exercita
tione, patriæ non ſibi natos arbitrantes. Nullas
quæſtuoſas tractabant artes, bellicæ tantum exer
citationis ſtudio teneri. Solennibus epulis reliquũ
dabatur tempus, eóq; per hæc ventũ eſt, vt quem
admodũ præclarè ſcribit Plutarchus, Spartani ne-
que nollent, neq; ſi vellent, ſcirent amplius priua-
tim viuere, eſſentq; ex omni parte patriæ diditi.

Suffragãdi ratio admiranda.

Suffragandi ratio, vt cȩtera ab alijs gentibus diue
ſa, pauci ad hoc ipſum delecti conclaue Comitio
propinquum ſubibant: vnde ipſi neq; quempiam
viderent, neq; ab vllo viderentur. Tum verò, vt
primo, altero ve loco competitorum nomina ſor
tito educta eſſent, quantus vocũ aſſenſus ad ſin
gula nomina ortus eſſet, diligenter attendebãt: ac

quotc

quoto quiſq; clamor loco maior minorve eſſet ad ipſorum aures redditus tabella pernotare, ex qua in publicũ miſſa percipiebatur, cui competitorum plures, eſſent voces ſuffragatæ. Primus ad hæc Lycurgus omni ſuperſtitione ſublata permiſit, cadauera in vrbe ſepeliri, tũ etiam circa templa ſortiri monumenta. Nec viri nec fœminæ nomen licebat cuiq̃ ſepulchro inſcribere, niſi eorum, qui fortiter in bello periiſſent. Lugẽdi tempus vndecim erat diebus finitum. Nec ciuibus peregrinari permiſſum, ne alienos mores vrbi importarent. Quin & peregrè eò delati, niſi qui reipublicę vtiles eſſent, vrbe excludebantur: ne quid (vt Thucidides habet) Laconicæ diſciplinę peregrinæ gẽtes imbiberent, quod ſatis inhumanè haud immerito aliquis dixerit. Vel, vt Plutarchus ſcribit, ne mutuo congreſſu noui ſermones in vrbe orirentur, & ex his noua iudicia, diſſonæq; volũtates, q̃ publicæ rei pernicioſiſsimę eſſe ſolent. Iuuenibus Lycurgus non amplius vna veſte toto anno vti permiſit, ne aliquẽ cultius q̃ alterũ: non ſplendidius, vt dictũ eſt, epulari. Emi ſingula non pecunia, ſed mercium cõpenſatione iusſit. Pueros puberes nõ in forum, ſed in agrum deduci iusſit, vt primos annos non in luxuria, ſed in omni labore & opere agerẽt. Nihil eos ſomni cauſsa ſubſternere, & vitã ſine pulmẽto degere, nec prius in vrbem redire q̃ viri facti eſſent, ſtatuit. Virgines ſine dote nubere iusſit, vt vxores nõ pecunię cauſsa eligerẽtur: ſeueriusq; matrimonia ſua viri coërcerẽt, cũ nullis frænis dotis tenerentur. Maximũ honorem nõ diuitũ & potentum, ſed ſenũ eſſe voluit, nec vſquã terrarũ locum honoratiorem ſenectus habet. Regibus poteſtatem bellorũ, magiſtratibus iudicia, & annuas ſucceſſiones, ſenatui cuſtodiam legum:

Cadauera in vrbe ſepelire permiſſum.

Luctus funebris vndecim diebus.

Peregrinari Lacedæmonib9 p̃hibitum.

Iuuenũ veſtitus

Pueri in agrũ nõ in forum ducebantur.

Virgines ſine dote nubere.

Senium apud Lacedæmones honoratiſſimum.

populoq; ſublegendi ſenatū,vel creandi quos vel
let magiſtratus poteſtatem conceſsit. Hę quoniā
leges aut noua inſtituta ſolutis anteà moribus du

Apollo autor legum apud Lacedæmones.

ra eſſe videbantur:eorum autorem ApollinēDel-
phicū finxit:& inde ſe eas ex pręcepto Numinis
detuliſſe,vt conſueſcendi tædium metus religio-
nis euincat.Deinde,vt ęternitatem ſuis legibus da
ret,iureiurando ciuitatem obligauit, nihil eorum
quę ſanxiſſet mutaturam, priuſq̄ reuerteretur: ſe
ad oraculum Delphicum profecturū,conſulturū
quid mutandum addendumve legibus ſuis illi vi

Lycurgus volūtariò exulat.

deatur.Proficiſcitur autem Cretam, ibiq; perpe-
tuum exilium egit:pręcepit etiā moriens oſſa ſua
in mare abijci,ne Lacedęmonem delata Spartani
ſede nō mutandis legibus à iuramento abſolutos

Regū Spartiatarū dignationes.

putarent.Libet hic quoq; aſſignare quas dignati-
ones Regibus ſuis Spartiatę olim tribuerunt:duo
ſacerdotia Iouis Lacedęmonij,& Iouis Cœleſtis:
& ius belli in quācunq; libuerit regionē inferen-
di,vt id nulli Spartiatarum prohibere fas ſit, alio-
qui piaculari crimine teneatur,vt in expeditioni-
bus adeundis primi eant reges,in abeunda poſtre-
mi ſint.Cētum delecti viri eis in militia cuſtodes
adſint.In egreſſibus vtantur quotcunq; pecoribꝰ
libuerit,quorum immolatorum pelles omnes ac

Belli tempore.

terga accipiant.Bellica hęc.Alia ſunt quę pacis tē-

Pacis tempore.

pore eis tribuūtur:quoties in aliqua republica eui
ſceratio ſit,primi in cœna reges diſcumbant,& ijs
primis diſtribui incipiat,vtriq; eorum duplū om
nium q̄ cęteris conuiuis,libaminaq; immolatorū
& coria eorum ſint.Singulis quoq; Calendis inſtā
tis menſis ſingula pecora vtriq; è publico dentur
Apollini immolanda,& farinæ medimnū, id eſt,
ſex modia,& vini Laconicꝰ quartarius.Et in ſpe-
ctaculis ſingulorum certaminum certis locis præ-

deant,liceatq; quibuſcunq; libeat ciuibus inniti ę vtriq; binos eligere Pythios.Sunt autem Py- iŋ,qui Delphos ad conſulenda oracula mittun- ır,quiq; publicè cum regibus paſcuntur. Regi- us ad cœnam nō euntibus binę Chœnices,id eſt mimodia farinæ:& vini ſingulę Cotylæ, id eſt, xtarŋ:pręſentibus dupla dentur omnia.Eadē ra- one pupilla vtri danda ſit,eine cui mater, an cui ater deſponderat,necnō de vŋs publicis,& ſi qs doptiuū filium facere velit inuitis regibus.Lice t quoq; eis pro ſuo arbitrio aſſidere in ſenatu, q onſtat ex duo de triginta ſenibus:ſi eo non acceſ- ːrint eorum maximè propinqui, duo ſenatores ıs regum obtineant,duos calculos ponendi, ter- um pro ſeipſis. Viuentibus hęc regibus à repub- ca Spartiatarū tribuūtur,illa defunctis: Equites er vniuerſam Laconicam obitum Regis enun- iant,Fœminę per vrbē circumeuntes ollas pulſi- ınt:quūq; hoc ſit,neceſſe eſt,ex ſingulis domibus uos ingenuos,marem & fœminam luctu fœdari, ıagnis pœnis(niſi hoc faxint)impoſitis.Eadē cir ı funus regum cōſuetudo Lacedęmoniis eſt,quę arbaris Aſianis,Nam plęriq; Barbarorum eodē tu in mortibus regum vtuntur.Siquidē poſteaq̃ ıortem obŋt Lacedæmoniorū rex,oportet eius ‹equŋs adeſſe ex omni Lacedęmonis regione ne eſſarios quoſq; Spartiatarum, qui ſunt numero icenorum,quorū & item ſeruorum atq; ipſorū partiatarū:poſteaq̃ multa millia in vnū coacta ınt promiſcue cū mulieribus frontes ſuas intrepi e plangunt,& vlulatu immēſo vtuntur. Vltimū uenq; regum dicentes ſemper fuiſſe optimum. Qui verò regum in bello perŋt,eius ſimulachrum uū expreſſerunt,in thoro bene ſtrato efferūt:cu- ıs tumulatione decē dies iuſtitium eſt,nullusque

Pythŋ qui vocati.

Chœnix. Cotyla.

Honor defunctis regibus,exhibitus.

Exequię regū Lacedæmoniorū.

Public⁹ in Lacedęmoniorū regū funere luctus.

magiſtratuum conſeſſus,ſed luctus continuus:
hoc quoq; cum Perſis iſti conueniunt, ꝙ defu
cto rege alter,qui ſuccedit,liberat ære alieno, q
cunq; Spartiata aliquid aut regi aut reipublicę
bebat.Apud Perſas,qui rex creatus eſt, omnib
ciuitatibus tributum,quod debebant, remitti
Cum Ægyptijs etiam Lacedæmonij in hoc co
gruūt,quod eorū præcones & tibicines & coc
in paterna artificia ſuccedunt,& coquus è coq
& tibicen ex tibicine,& præco ex præcone gig
tur,neque vlli propter vocalitatem alijs inſidia
tes ſeipſos ingerunt,ſed in paterno opere perſeu
rant,atq; hæc quidem ita fiunt.

## DE CRETA INSVLA, ET Cretenſiū celebratis moribus. CAPVT IIII.

Cretæ deſcriptio

CReta,quę & Candia dicitur,inſula in medit
raneo mari centū vrbium fama clara: hæc
Strabo ſcribit à ſeptentrione Ægeo alluitur pel
go & Cretico,ab auſtro Libyco, ad occidente
Egilam & Cythera ſpectat,ad orientē Carpath
habet in lōgitudine,cclxx.millia paſſuū,in latit
dine quinquaginta millia.Circuitus eius quing
ta octoginta octo millia paſſuū cōplectitur.Inſi
nes in ea vrbes ſunt Cortina,Cydonea,Gnoſu

Idæ mōtis deſcriptio.

Minois regia,& Ida mōs omniū qui in ea ſunt
leberrimus,celſisſimo is vertice aſſurgit.Apoll
dorus longitudinē eius duū millium trecētorū
ſtadiorū tradit,circuitū quinq; miliū & ampliu
Artemidorus mille minus.Nullū in Creta anim

In Creta nullū animal noxiū

noxiū eſt.Serpēs ibi nulla:nulla noctua:& ſi in
niatur,ſtatim moriť.Capris copioſa.Ceruis eg
Optimi vini feracisſima,herbā producit,quę d
tamos dicitur:& Alunoſam,quę morſa diutur
famē prohibet.Sfalāgos etiā venenatos gignit,
lapi

ıpidē qui Idęus dactylus dicit̄.Cureta olim vo
abatur ab habitātibus Curetibus & per ſynco
ıā Creta.Alıȷ dicunt Cretā dictā á Crete quodā
ouis filio Curetū Rege. Alıȷ á Crete Nympha
leſperidis filia,Incultum hominū genus á princi
ıo habuit,Rhadamanthus ad māſuetiores vitæ
itus perduxit,ſequutus inde Minos qui æquita
: & iuſtitia adhuc magis excoluit.Plato autor eſt
acedęmonios & alias vetuſtiſſimas Græciæ ci
ıitates hinc ſibi leges & inſtituta quæſiuiſſe.Opti
nū gentis ſtatū euertit primo tyrānicus domina
us,mox & Cilicū latrocinia.Fuit gens ab initio
ıbertatis ſtudioſa ea ſe poſſidere arbitrati,quæ nō
:ſſet tyrānorū libidinibus expoſita:fuit & concor
liæ perpetua cura,quę ſeditioni diuitiarū auaritię
ılūnæ inimica eſt:modicè proinde antiquitus fru
zaliterqꝫ vitā agitare.Frequentabāt pueri conuē
:us quos greges nominabāt. Adultę ætatis viri
ɔublica inter ſe cōuiuia celebrare,arma reipublicę
:auſsa tractare,ab ineūte ętate corpora laboribus
:xercere.Maris ęſtus & frigora perpeti,accliues ſe
nitas ſaltusqꝫ curſu ſuperare,in gymnaſıȷs pug
ıas ciere,arcubꝰ & ſagittis plurimū vti,in armis
altationē,quā pyrrhicem nomināt,vulgò celebra
:e:flexu corporis hęc ſaltatio fiebat,quo plagę te
laqꝫ euitarētur.Sagulū & militarē calceū ſibi indu
:ere,arma precioſiſſimū munus credere: tantū ad
hęc rei maritimę ſtudiū,vt in prouerbiū abierit, ſi
quis quę noſſet ſe neſcire disſimularet, Cretes (di
ceretur)pelagus neſcit.Inter ęquales connubia cō
ciliari,ex omniqꝫ iuuenū cœtu virginibus ſibi ſpō
ſos optare ius erat,nec prius paterna domo abdu
ci moris erat,quàm ad domeſticam adminiſtratio
nē eſſent idoneę.Dotis magnitudo fuit,ſi frater
aderat,patrimonıȷ dimidiū.Pueri ex legibꝰ literas

Mores Cretenſium.

Saltatio pyrrhica.

Matrimonia

Dos.

& cātilenas & muſicę artis modulamina quæd
Muſicæ ſtudium.
diſcebāt:ad virorū Syſſitia perducti humi vilib
tecti amiculis ſedebant,illiſq; pugnā cientib⁹ m
niſtrare puerorum validiſſimus maximéq; elatu
ductabat gregē:pro viribus ſinguli plurimos ag
gregabant æquales,ad venationes egredi,curſu e
ercebātur corpora,ſtatis diebus puerorū cœtus a
tybię & lyrę cantū inter ſe cōmitti,vt in re bell
ca cōſueuere.Huius gētis etiā fuiſſe quidā mem
Dies lapillo ſignare.
rāt lętos dies cādido notare calculo,triſteſatq; m
leſtos atro:etſi plures hūc morē ad Thraces referū

## DE THRACIA, THRA- cumq; feris moribus.

## CAPVT V.

Romania.

THracia,quę hodie Romania appellatur,Europæ regio eſt,inter partes Scythiæ computata, Macedoniā ſequitur,á ſeptētrione,Iſtrum habet, ab oriente Pontum ac propōtidē,á meridie Ægeum mare.Olim Scython,poſteá Thracia,á Trace Martis filio, ſiue ab aſperitate appellata, Græcis *enim* θραχὺ aſperum dicitur.Regio eſt vt Pomponius ſcribit nec cœlo,nec ſolo(q̄ vbi mari vicinior eſt)ſatis fœcunda temperataq; frigida eſt & eorum quę ſerūtur maligne admodū patiēs,raro vſq̄ pomiferā arborē,vitē frequentius tolerat,ſed nec eius quidem fructus maturat ac mitigat, niſi vbi frigora obiectu frondium cultores arcuere. In ea quondam vrbes celebriores fuere Apollophama, Enos,Nicopolis,Byzantiū,quę poſteá á Cōſtantino Conſtantinopolis dicta eſt, & in maius aucta glorioſiſſimi Imperij ſedes & orientis totius caput delecta,Perinthos,Lyſimachia, Caliopolis.Amnes Hebrus,Neſtos,Strymon.Mōtes Hæm⁹,Rhodope,&Orbelos.Hoīes habet feros aſperos & numeroſos adeò, vt ſi,aut vnius Imperio regeren

Scython. Thraciæ qualitas.

Celebriores Thracię vrbes.

Thraces quales homines.

gerentur,aut idem ſentirẽt,vt hiſtoriȩ pater opi
atur Herodotus: inexpugnabiles forent,& oĩm
entium multò validiſſimi: ſed quia arduum hoc
lis eſt,& nulla ratione cõtingere poteſt,ideo im-
ecilles ſunt. Habent autem multa nomina ſingu
rum regionũ ſingula,moribus tamen ac opinio-
ibus cõſimilibus imbuti,prȩter Gethas & Trau
os,& qui ſupra Creſtonas incolũt:ex quibus Ge
æ ſe nõ mori perſuaſum habuere,ſed ad Zalmo
im deum ſuum poſt fatũ migrare. Fuit hic Zal-
oxis homo Pythagoræ quondã diſcipulus, qui
patriam reuerſus,quum animaduerteret Thra-
es male viuere & inſcitè,ipſe edoctus Ionicũ vi-
endi genus & mores ipſis leges dedit docuitq́;,
tq́; perſuaſit popularibus eas ſeruãtibus poſt obi
um ad ſe in eum locũ ire, vbi ſuperſtites oĩm bo
orum compotes eſſent, per hoc deitatis opinio-
em cõſequutus,è Thracũ ſe conſpectu ſubduxit
tque euanuit, maximo ſui poſt ſe deſyderio reli-
to. Ad hunc mittũt aſſidue adhuc cũ naui quin-
ue remigum nuntium quempiam ex ſeipſis ſor-
delectum, præcipientes ea quibus ſemper indi-
ent,eumq́; ita mittũt. Quibuſdam eorum datur
egotium,vt tria iacula teneant:aliis,vt cõprehen
s eius qui ad Zalmoxin mittitur manibus pedi-
usq́;,hominẽ agitantes in ſublime iactent ad ia-
ula:qui ſi in præſentiarũ extinguitur, propitium
bi Deum arbitrantur,ſin minus ipſum nuntium
iſſimulãt adſeuerãtes malũ illum eſſe virum.Hoc
iſſimulato alium mittunt, dantes adhuc viuenti
andata. Iidem Thraces dum tonat fulguratq́; in
œlum ſagittas excutiũt, deo minitãtes q̃ nullũ
ium prȩter ſuum eſſe arbitrentur. Trauſi verò in
ȩteris quidem omnibus idem quod Thraces,ve
um circa natalitia ſuorũ atq́; obitus hoc factitãt.

Gethæ ſe non mori putabant.

Zalmoxis Getharum deus.

Nuntius ad Zalmoxin mittitur.

In cœlũ ſagittãt, dum tonitruat, Thraces.

Ædito pue: roTrauſi la mentantur.

Ædito puero propinqui circũſedentes,eum pl
tione proſequuntur recenſentes quaſcũq; nec
eſt illi,ꝙ vitã ingreſſus ſit, perpeti humanas ca
mitates. Hominem fato functũ per luſum atc

Hoïe mor: tuo Trauſi lætantur.

lætitiam terrę demandant, referentes quot ma
liberatus in omni ſit modo felicitate. At qui
pra Creſtonas incolũt, iſta agunt. Singuli plu

Vxorũ cha: riſſima cum marito de: functo ſepe litur.

vxores habent,quorũ vbi quis deceſſit, diſcep
tio magna fit inter vxores acri amicorũ circa h
rem iudicio, quænam dilecta fuerit á marito pr
cipue: quæ talis iudicata eſt,& hũc honorem ac
pta,ea à viris & mulieribus exornata, ad tumu
à ſuo propinquiſſimo mactatur,vnaq; cũ viro
matur,cęteris vxoribus id ſibi pro ingenti cala
tate ducentibus atq; lugentibus: nam id eis ſur
mo dedecori datur. Cæteri Thraces filios vete
inſtituto palàm venditare, neç virgines à parent
bus & propinquis adſeruari, ſed quibus libuit
viris concumbere ſinũt. Vxorũ pudicitiam ſol
citius cuſtodiunt, easq; magno ære à parentibu

Mulieres ingenuę no tis in frõte ſignabãtur.

coëmunt: fronte notis quibuſdã ſignatas,gener
ſum id iudicatur, ignobilitatis argumentum ſi
his eſſe. Nupturę quę præ cæteris ſpecie valean
prius ſubtaxari volũt, & licẽtia taxationis adm
ſa nõ minoribus nubũt præmiis. Quas formæ d
decus premit,dotibus emũt quibus coniungun
Vterq; ſexus epulantes focos ambiunt. Herbar
(quas habẽt)ſemine ignibus ſuperiacto,cuius n
dore perculſi pro lætitia habent imitari ebrietat
ſenſibus hebetatis. Ociari,ex rapto viuere pro
honeſta haberi: cõtrà,agros colere pro deſpicati
ma. Martem vulgò,Liberũ,Dianam & Mercu
um religioſe colere: perq; eum ſolũ iurare,ſui gen
ris autorẽ arbitrari. Corporũ magnitudine Thr
ces omnes hoïes antecedũt:cæruleis oculis ac tr

ci v

i viſu,terrifico vocis ſono,annoſa ætate. Ædificia nodicè ab humo eleuata, annona eodẽ ſemper te-
iore,vites neſciũt, pomis abũdant. In Regis ele-
ctione nõ nobilitas prȩualet, ſed ſuffragium vni-
ierſoꝝ:populus enim eligit ſpectatũ moribus,et
nueterata clementia,etiã annis grauem: ſed hic in
:o quȩritur,cui liberi nulli ſint. Nam q pater fue-
it,etiam ſi vita ſpectatur, ad regendũ non admit-
itur: & ſi fortè dũ regnat pignus ſuſtulerit pote-
ſtate exuitur:maxime hic cuſtoditur,ne regnũ hæ-
reditarium fiat. Tum ſi rex etiam maximã præ ſe
ferret æquitatem,nolũt ei totũ licere: quadragin-
ta ergo rectores accipit, ne in cauſſis capitũ ſolus
iudicet. Quòd ſi ipſe etiã in peccato aliquo argui-
tur,morte mulctatur:non tamen vt cuiuſquã ma-
nu attrectetur,ſed cõſenſu publico rerũ oĩm ei po
teſtate interdicta,ipſe tandẽ fame pereat. Optima
tes ita ſepeliunt,prolato triduum cadauere,macta
tisq; omnifariis hoſtiis cõuiuantur: illudq; defle-
tum prius, deinde combuſtũ ſepeliunt, aut aliter
humo contegunt: adgeſtoq; deſuper tumulo quũ
alia omnis generis certamina proponũt,tum præ
cipue certa cũ ratione Monomachiam, hoc eſt,ſin
gulare certamen. Armatura qua (vt Herodotus
ſcribit) in Dariana expeditione vſi ſunt,talis erat:
E pelle vulpina caſſides geſtabant, tunicis induti,
& inſuper circũdati variis ſagulis, pedibus & ti-
biis indutis caliga è pellibus hinnulorum, iacula
peltas & pugiunculos: arcu valde pugnaces ſunt
& exercitatiſſimi, quem apud ſe repertum volũt.
Vna cũ Scythis lingua vtebãtur. Scribit Plinius
totã Thraciam in quinquaginta ſtratageas diuidi
ſolitã. Sed ea Thraciæ pars quȩ Gethica olim di-
cebatur,vbi Darius Hidaſpis filius penè periit,ho
die Valachia appellatur, à Flaccis Quiritũ gente.

Roma-

Ædificia.

Rex eligit cui non liberi ſunt.

Quadragita iudices Thraces habuerunt.

In reges animaduerſio acerba.

Sepeliendi ritus.

Armatura Thracum.

Thraces arcus inuentores.

Valachia & eius appellatio.

Romani enim Gethis ſuperatis & deletis, Fla
cuiuſdã ductu eo Coloniam miſerũt:vnde prin
Flaccia,dein corrupta voce Valachia dicta. A
pulatur huic opinioni Romanus ſermo, q adh
in ea gente durat, cæterũ adeò ex omni parte cc
ruptus,vt vix Romano homini intelligatur,R
manarũ literarum vſus, elementorũ forma aliq
tenus inuerſa. Sacrorũ ritus,qui & Græcis. D
poſtea eam terrã occupauerũt,à quibus aliquãd
etiam Dacia dicta fuit, nunc Teutones, Siculi,
Valachi tenent. Teutones fortes viri ex Saxon
illuc à magno Carolo tranſmiſſi, à ſeptẽ vrbib
quas habitãt,Seibẽburgenſes patrio ſermone v
cant.Siculi Hungarorũ vetuſtiſſimi, ex his qui
initio ex Scythia digreſſi his locis cõſedere.Val
chorũ factiones duæ Dragulę & Dani,aliàs Da
Nam Gethæ & Daui ſeruorũ nomina inde oli
profecta Græcorũ quidam prodidêre. Dragu
Danis impares, Turcas noſtrorũ patrum mem
ria in eam terrã induxerunt,quorũ armis Dani a
internecionem deleti ſunt.Ioannes Huniades, v
acer, Danis demũ auxilio fuit, terrãq; ab hoſte
ceptam ſibi vendicauit. Agriculturæ reiq; pecu
riæ Valachi vt plurimũ ſtudent, quod origine
gentis arguit. Tributum Regi pendũt, ſed ſem
tantũ ac id cuiq; Regum & confeſtim ab eius d
claratione tum ſingulę familiæ dant bouem trib
ti nomine, ſexaginta millia numero & amplius
ſe tradũtur. Iuſſi ad bellũ exire, capitale eſt non p
ruiſſe.Eſt Valachia Tranſſyluanię contermina a
occaſu,ad ortum in Euxinum excurrit,ad borea
& ſeptentrionem Ruſſam attingit, alluitur ad m
ridiem Iſtro: circa quẽ quicquid vagarũ gentiu
occupat perpetua illis hyems,triſte cęlum premi
Malignè olim ſolum ſterile ſuſtentabat, imbre
culm

Valachia Dacia vocata.

Seibenburgenſes.

Dragulæ & Dani.

Ioannes Huniades.

Valachiorũ exercitia.

Valachię q̃tuor latera.

lmo aut fronde defendebāt.In cœlo ſuper dura glacie ſtagno proſultabant, in alimentum feras ptabant:nulla illis domicilia,nullæq; ſedes erāt, ſi quas laſſitudo in diem poſuerat. Vilis & his quærendus erat victus, quôd horrenda iniquitas eli,intecta capita. **Gētes Iſtrū accolentes.**

## DE RVSIA SIVE RVthenia, & recentibus Ruſſanorum moribus.

## CAPVT VI.

RVſia,quę etiam Ruthenia dicitur & Podolia tripartitò nominatur. Alba,ſuperior & infe or, pars Sarmatiæ Poloniæ prætenta, Peuce fluio ad ſeptentrionem includitur, ad orientem ſo m Moſcus,occidua illi Liuonia & Pruſſia extre ę Germaniæ partes.Patent hodie Ruthenorū ſi e Rhoxolanorum(nam & hoc nomine appellan ır)fines octo dierū itinere,à Tanai ad ſeptentrio alem oceanum:habetq; id ſpatium nonaginta et mplius dierū iter, rurſus à Germanico oceano, uem Balteum vocāt,ad mare Caſpium. Regio deò fertilis eſt, vt agro rude culto frumētoq; inſperſo, tribus perpetuis annis fructum ferat: nec pus eſt agrū quotānis inuertere, ſed inter meten lum ſegete leniter excuſſa, alia in ſequentē annū ua ſponte creſcit. Gramen adeò procerū produit,vt perticā tranſcēdat: vnde ibi apum tanta coia,vt mella nedū in aluearijs aut arboribus,verū n rupium & terrę cauernis reponant. Optimus nedo,& hi grandes cærarū orbes, qui ad nos vſque aduehuntur ibi fiunt. Non impiſcantur piſci æ & ſtagna Ruſſorū, ſed vt aiunt, piſces ex cœli nfluentia ſuccreſcūt.Sal quodā in lacu Katzibeio vocato ſiccis temporibus colligitur,pro quo gen i cum Tartaris crebra bella. Mirum eſt quod dicitur

**Ruſiæ fines**

**Terra oīm fertiliſſimā**

**Apū copia.**

**Sal in lacu naſcitur.**

Calamus aromaticus in Ruſia.

Signati ar- genti null9 vſus.

Ruſianorũ potentia.

Bellica Ru- ſianorum arma.

Regiũ no- men Ruthe nis iuiſum.

Veſtit9 Ru- ſianorum.

citur in ſolo Chelmenſi deſectos pini arboris ra mos truncosve, duos aut tres annos ſuper terrar iacentes in ſaxa indurari. Eſt ibi optimæ cretæ co pia. Verſus Tanaim & Mæotim calamo aromat co & reupontico abũdat, pluribusq; herbis & ra dicibus aliis alibi non viſis. Vrbs regia Moſcoui eſt, ad Moſcũ amnem ſita, quatuordecim miliun paſſuum circuitu. Nullus hic ſignati argenti vſu Lapis eſt in medio foro quadrata forma, quem quis aſcendit, nec inde vi deturbari poſſit, princi patũ vrbis obtinet, ingens de aſcenſu loci & dei ctu dimicatio inter indigenas, ſæpiusq; ob eam r pugnatũ inter ciues. Gens adeò valida eſt, q ſup riori anno quodã bellico tumultu in regis caſtri centũ viginti milia equitũ recenſa ſint, quorũ ſin guli ordinẽ ducerent. Arcu in bello vtũtur, quo gentile & vetus eſt illis, eſt & lancea in vſu duo denum pedum: cataphracti equites ſupra hamat loricam ferreum thoracem induunt, vmbilicis ſp culorũ modo prominentibus: galerũ geſtant pr caſſide, in conum faſtigiatũ: equite libentius vtu tur in bello q̃ pedite: pedites alij ſcorpione vtũtu (baliſtam Itali vocant) alij plumbeas pilas ſulph reo puluere ex æneis excutiunt machinis Teuto nico more. Inuiſum genti Regium nomen, ideo co ducis appellationem libentius vſurpant, vt m gis popularem: qui ibi rerũ potitur, dux dicitu qui in totam gentem Imperium obtinet. Huic p leus paulò elatior q̃ cæteris proceribus, cætero n hil ab aliis differens. Omnis color in vſu, præte nigrum. Viri fœminæq; lineo amiciuntur indu ſio, eoq; tenuiſſimo, & ad crura demiſſo, auro cir ca collũ rubentive ſerico excolũt id amiculum, la xior veſtis, ac nihil ferè à Græcis differẽs, qualen Turcę quoq; & totus ſeptentrio vſurpat: manic

tantun

ıtum laxiores Ruthenis,auroq; fimbriatæ à pe-
ore & humeris: Lutrina pellis ambit exterius Luctus fu-
ſtem. Sola vxor luget virũ,obducto capite al- nebris.
linteo & ad vlnas deiecto:quibus fortuna am-
ior eſt,quadrageſimo die à funere cõuiuantur in
functi memoriam:quorũ res anguſtior eſt quin-
ies hoc temporis interuallo ſolenni modo epu-
ıtur, obſeruantur dies obitus, quem anniuerſa-
s quoq; celebrant epulis, quando ex ea ſtirpe ſu
reſt aliquis, cuſtodiũtur nomina defunctorum
onumentis literarũ,vt ſciri poſſit quo cuiquam
e parentandũ ſit,planctu & lamentatione funus
lucũt. Patrij moris eſt,mulieres gẽmas & vnio-
es ex auribus ſuſpendere: decorum & maribus,
d adhuc pueris. Quę iterũ nupſerit,ſatis caſtam
ucũt, auerſantur vt impudicam tertiò nubentẽ,
ar in maribus offenſa. Puellæ à tergo capillum
romittũt,cęterum matrimonio locatę ſedulò ab
ondunt. Viri ſupra aures tondent,datur probro
uic ſexui omnis capillorũ cultus. Gens vniuerſa
n Venerem prona,ac bibaciſſima:hoc laudis loco
onũt,alterũ licere arbitrantur, modo id fieri con
ingat citra omnem connubij offenſam. Fœnerãt
ulgò, nec fraudi cuiquam, ne ſacerdotibus qui- Rutheni vt
em. Pars multò maxima Ruſſanorum ſeruitu- plurimum
em ſeruiunt, nec inuiti. Multi quidem & in his ſeruiunt.
obiles etiam ſe coniugem & liberos venditant:
ut quia ſic maiore ocio fruũtur,aut quod maiore vo
uptate: Antiſtites ſacrorum Græcanico ritu, ni- Sacerdotũ
gro amiciuntur pallio: horum primores albo. habitus.
Ferunt hi bulbam ad pectus ſuſpenſam, & tabu-
am præceptis diuinæ legis inſcriptam. Minores
ſacerdotes & ipſi Græcè veſtiuntur. Sacræ vir-
gines, quod vnum genus in ea gente eſt,ex An
tonij abbatis inſtituto nigra ſtola amiciuntur.

Eſt &

Sermo. Eſt & ſuus ſermo genti, Scythicus verò an ali
parum compertum habeo. Sunt & literę nō m
Muſica & tum à Græcarum figura abhorrentes. Muſicen
Grammati Grammaticen diſcunt vtranq; Græce, cæteras
ca tantũ di: tes vulgo aſpernātur: de ſumma fidei cum Græ
ſcuntur. ſentiunt: par in cultu cæremonia, & in cœlites v
neratio. Iudicia exercent duodecim numero v
ri, vnus aliquis è collegio cognoſcit cauſſam, c
Cauſſa du: menve, cognitũ ad collegas defert, interdũ &
bia mono: Regem. Si res maioris eſt ponderis, q̄ vt pro c
machia pro legio vindicari poſſit, ſi reus nequeat conuinci,
batur. rumve liqueat factum, cum accuſatore cogitur
vita dimicare: atq; ita victor duplici pecunia d
natur, qualis fuerit æſtimata. Agrorum cultũ o
Ceruiſia to pidò exercēt, equis arant: ager feraciſſimus pręte
tius ſepten: quã vini. Ceruiſiam potũ ex millio, hordeo, at
triõis pot⁹. humulo decoctum potāt, & idem ferè totus ſep
trio. Ex canapi, papauere & nucibus oleum con
ciunt: oliuam non fert Ruſſana regio, neque ex
arbore liquor aliunde inuehitur. Varia alit anim
lium genera, & in his pleraq; pellium æſtimati
ne nobilia, quarũ alioqui à veteribus celebrata:
ſcium ingens copia, & in his Seldis nobiliſſimu
ex Pareſlauſco lacu, perquàm ſimilis iis, qui in I
naco capiuntur. Lacus in Ruthenia illuſtres ſ
ptem, flumina inſignia nouem: & in his quē B
ryſthenem eſſe ſuſpicari libet, ob ea quę de ipſi
magnitudine & natura prædicant.

## DE LITHVANIA ET Lithuanorum vita.

### CAP. VII.

Lithuania eſt Polonię ad ortũ cōnexa noning
torũ millium paſſuum circuitu magna ſui p
te paluſtris plurimũq; nemoroſa: & ob eam re
difficilis aditu, ac quodammodo inacceſſa, aqu
paluſtribu

aluſtribus cuncta obtinentibus: hyeme cõmer- | Lithuania tota paluſtris.
ia cum Lithuanis habiliora, paludibus & ſtag-
is alta glacie concretis niueq́ꝫ ſuperinfuſa, fiunt | Regio hyeme tantum accedenda.
ĩa mercatoribus peruia: vt velut alto mari, quan
o nulla ſit certa via aut ſemita, ſydera ſignẽt iter.
ara in Lithuania oppida, villarum incolatus in
equens: Accolarum diuitiæ pecora pellesq́ꝫ mul | Diuitię Lithuanorũ ferarũ pelles.
genum ferarum. vt Zobellinæ ſunt, atq́ꝫ Harme
næ: quibus regio inſigniter ſcatet: cęræ ac mellis
bundans: vſus pecuniæ genti nullus: inter ſe ma- | Pecunię nullus vſus.
ronæ palàm concubinos habent virorũ permiſ-
u, quos connubij vocant adiutores, contrà pelli-
atus viris probro datur. ſoluũtur facile matrimo
ia mutuo conſenſu, & iterum atq́ꝫ iterũ nubunt,
deò gens vna cæteris mortalibus diuerſo viuit
itu, vt non abſurdum ſit illud Ariſtippi: Honeſtũ
on natura, ſed conſuetudine conſtare. Vini rariſ-
mus vſus: panis nigricans non cribratus: armẽ-
a victum præbent, multo lacte vtentibus. Sermo
ẽti, vt Polonis, Sclauonicus: hic enĩ ſermo quàm
atisſime patet, ac plurimis quidem gentibus cõ-
nunis eſt: ex quibus quædam Romanæ ritum Ec
leſiæ ſequuntur, vt Poloni ſunt, Dalmatæ, Croa-
ij, Carniq́ꝫ: Aliæ Græco ritu ſacra peragunt, vt
Bulgari, Rutheni, & ex Lithuanis plæriq́ꝫ. Nõnul
æ ab his diuerſæ proprias hæreſes habent, vt Boe
ni ſunt, Moraui, & Boſnienſes. Husſitarum quæ-
lam obſeruant delirium: pars multo maxima Ma
nicheum: quædam adhuc etiam gentili cęcitate te
nentur, idola colunt, quemadmodũ multi ex Li-
huanis. Hieronymus Pragẽſis, qui Eugenij quar-
i pontificatu in ea terra euangelium prædicauit,
quiq́ꝫ gẽtis illius ritus et mores ad id tẽpus minus | Serpẽtes domeſticatim venerati.
notos noſtris hoĩbꝰ demõſtrauit, dicebat Lithua
norũ quoſdã, ad quos primũ peruenißet domeſtica

tim ſerpẽtes habuiſſe,quibus per ſe quiſq; vt dii
penatibus ſacrificabãt:cæterũ tenuiſſe ſe,vt prȩte
vnum qui cremari nõ potuit,à ſuis cultoribus in
terficerentur: alij ignem colũt,captantq; ex eo au
Sol ſub mallei ſpecie veneratꝰ guria. Solem nõnulli mallei ferrei ſpecie imman
magnitudine,proprium ducem habent, quẽ Ma
gnum vocãt:perſȩpe tamen regi Polonorũ ſubd
ti. Caput regionis Vilna eſt. Epiſcopalis ciuita
tantȩ magnitudinis eſt,quãtȩ Cracouia cũ ſubu
biis oĩbus. Domus cõtiguæ in ea nõ ſunt,ſed v
luti in rure horti intermediant, & pomaria. Du
fortiſſima caſtra habet, vnum in monte ſitũ,inf
rius in plano alterum. Diſtat hȩc ciuitas à Crac
uia.cxx.milliaribus. Tartari quidam circa Viln
in aſſignatis pagis habitant,qui agros noſtro mo
re colentes,laborant & merces vehunt. Tartaric
lingua loquuntur,Mahometum & ſectam Sarra
cenorum profitentur.

## DE LIVONIA, PRVSIA, & militibus Marianis.

## CAP. VIII.

Liuonia verȩ fidei cultrix, Rutheniæ ad ſepte
trionẽ prætẽta, & ipſa Sarmaticis finibus,T
Milites Mariani. tari Scythicũ hominũ genus crebrius incurſant
Liuonianos ad Chriſti cultũ milites noſtri trax
re,quum antea nullũ niſi malorum dæmonũ no
re. Sæpius vario euentu de regni poſſeſſione in
terra bellatũ.Sarmaticũ mare ab occaſu, ſinusq
incõpertȩ magnitudinis,cuius oſtium ab occid
Cymbrica Cherſoneſus hodie Dacia. te eſt,non procul à Cymbrica Cherſoneſo, qua
Daciam hodie vocant. Circa ſinum ad ſeptẽtr
nem ſemiferȩ gentes ſunt,cum quibus nullum
linguæ cõmercium,nutu & ſignis permutãt m
Pruſia. ces. Pruſia, vnde Pruteni, terra hodie German
& Sarmatiæ particeps à meridie illi occurrit.

:am terram, ſi Ptolemæus verus autor eſt, Viſtu- Viſtula
a perluit, à Torno oppido Gedanum vſque, quo
n loco Baltheo mari infunditur: ad Sarmaticum
ceanũ extenſa citra Viſtulã, vltra Germaniæ eſt:
d orientẽ ſolem & meridiem Maſſouitæ ſunt, &
'oloni accolũt: ad occidentem Saxones. Pruſiæ ſo
um ferax eſt maximeq; frugiferum, irriguum, fre
uens cultus. Regio amœna & pecoris abundãs,
iſcatus venatioq; multa. Vlmerigi eam terram Vlmerigi.
enuere, quum Gothi ex Scandinauia inſula egreſ Gothi ex
ſunt in continentẽ, vt Iornandes ſcripſit. Ptole- Scãdinauia
næus Amaxobios, Alaunos, Venedes & Githo
es penes Viſtulam habitaſſe autor eſt. Malorum
& hęc cultrix fuit dæmonũ vſque ad ſecũdi Fede
ici tempora. Deiparini milites, qui & Mariani Deiparini
licũtur, poſt Ptolemaidem in Syria amiſſam, in milites.
Germaniam reuerſi, viri videlicet nobiles & rei
nilitaris periti, ne per ocium marcerent eundẽ, ac-
edẽtes, Pruſſam Germaniæ cõterminam Chriſti Pruſia quõ
ultũ ſpernere dixerũt: ſæpe illius gentis homines ab ordine
n Saxones cæteroſq; vicinos excurrere, ingẽtem Teutonico
vim pecorũ abigere, eſſe in animo ſibi cõpeſcere acquiſita.
barbarã gentem, annuat tantũ Imperator, prouin
iamq; fratribus perpetuo iure poſſidendã tradat,
eam armis acquirant. Iam enim Maſſouiæ du- Maſſouiæ
es, q eius ſe terrę dominos affirmabãt, ius ſuum duces.
ratribus conceſſerant. Grata oblatio Federico
uit, qui collaudato propoſito, quas voluere fra-
res ſub aurea bulla literas cõceſſit. Illi ſumptis ar
nis breui tempore quicquid Prutenici iuris citra
& vltra Viſtulam fuit, ſubegere: ſubactam ac bel-
o quęſitã, ſuæ ditionis fecere. Victa gens Chriſti
idem complexa eſt, & cum fidę Teutonicam lin-
guam. Fuit ad Viſtulã amnẽ quercus, vbi victrix
gens à principio caſtellum erexit, mox vt ſunt res

Mariæburgum

hominũ, quæ tenui principio in maius augentu
oppidũ frequenti cultu adoleuit Mariæburgũ di
erunt. Caput gentis eſt, atq; ſedes eius, qui vniu

Ordo militum Teutonicorum.

ſi ordinis magiſterio fungitur. Sacræ huius milit
origo Teutonica eſt, nec qſq̃ niſi Teutonicus h
ſacris initiatur: atq; idem claris ortus natalibus, c

Veſtitus militum Teutonicorum

cui proponitur, vt aduerſus ſacratisſimæ cruc
hoſtes paratus ſit omni tẽpore dimicare: albo pa
lio amiciuntur, nigra cruce inſuta. omnes alũt b
bam, præter eos qui ſacris operãtur, et ſacerdot
ſunt, dominicam orationem milites ipſi pro car

Potẽtia ordinis Teutonicorum

nicis horis vſurpant: neq; literas diſcunt: diuiti
abundant: nec minor quàm regibus potẽtia. Sæ
cum Polonis de regni finibus acceptis atq; illat
cladibus contendere, nec totis viribus belli for
nam experiri recuſauerunt.

De Samogithia & gẽtis moribus

Eſt Prusſiæ atq; Lithuanię cõtermina regiu
cula, quę Samogithia dicitur, ſyluis et fluminib
circuncepta, quinquaginta miliariũ longitudir
cuius gẽtes procerę & pulchrę ſtaturę, agreſtes
men, moribusq; inculti. Matrimonia plura cel
brãt, & abſq; ſanguinis reſpectu, patri mortuo
lius nouercã, fratre frater glotem in vxorẽ accip
unt. Æs nullum habẽt, humiliter ædificãt, ex lin
culmóq; tuguria in carinarum aut galearũ form
in quorum culminibus feneſtram vnã faciunt
patentem, vt toti ædificio lucem ſuperne præbe
Focus perpetuo igne in ſingulis vnus, circa q
familia vniuerſa ſedens, non ſolum vt cibos c
quat, verumetiam vt vehemens frigus, quo p
maiori anni parte terra hæc cõgelata conſtricta

Diuinationi vacãt Samogithę

iacet, propellat. Vaporaria ſeu ſtubas habent nu
las. Gens ad diuinationẽ & auguria inclinata, p

Ignis ſacroſanctus

cipuum ei numen ignis, quem ſacroſanctum pe
petuumq; eſſe perſuaſum habuere, quòd in ędi

olle ad fluuium Neuyaſa aſſidua lignorum ſug-
eſtione per ſacerdotem aleretur. Vladislaus Po-
oniæ rex, qui eam ad Chriſti fidem compulit, il-
um vnà cum turri, in qua conſeruabatur, extinxit
diſſecit, & ſyluas quas non minori religione q̃ ig-
nem ſanctas, procq; deorum habitaculis Sarmatæ
iuxta poëticum illud: Habitarunt dij quocq; ſyl-
uas) colebant. & nedum ſyluas, verũ quocq; quic-
quid eas ſubiiſſet ſanctum minimecq; violandum
cenſebant, vt aues erant & feræ. Malorum dęmo-
num præſtigio violantes eas ſtatim in manibus
& pedibus cõtrahebantur. Erant in his ſyluis ſin- Superſtitio gẽtis admiranda
gulis familiis ſuus focus & ſacra domus conſtitu-
ta, in quibus defunctorũ ſuorũ corpora cũ equis
ſellis & meliori eorum veſtimẽto cõburere mos
fuit. Conuenire eos noctu credebant, ideocq; ſedi-
lia ibi ex ſubere contexta diſpoſita, in quibus op-
timus medo, eſcacq; ex paſta in caſei forma omni
tempore large ſubminiſtrabatur, vt ipſis veſceren
tur. Prima Octobris die in his ſyluis maximũ fe- Feſtiuitas
ſtum peragebant, ex omni regione vniuerſus po-
pulus congregatus, quęcq; familia in ſua caſula ci-
bo & potu, vt melius potuit, patrio inſtituto in-
dulgebat, tum ad focos diis imprimis quẽ Perku-
no, id eſt, tonitrũ dicebant, libabãt. Cum Lithu-
anis & Polonis linguam vnã habent, nam & Po- Sermo
lonico ſermone ſacerdotes eis in eccleſiis pręedicãt
Romanę eccleſię morem obſeruant, licet Rhuteni
alij ad meridiem & Moſcouitę ad ſeptentrionem
habitantes Gręcorum ritũ teneant, obedientiãcq;
non Romano verum Conſtantinopolitano pon
tifici promittant. Ad ſeptentrionem his Moſco- Moſcouia
uia prętēditur terra quadringentorũ milliariorũ
patens: argẽto diues, tã valido vbicq; pręſidio cõ-
cluſa, vt nedum aduenę, verũ indigenæ etiã abſcq;
 literis

literis ducis exire atque intrare non poſſint. Plan
omnino regio eſt, nõ montoſa, nemoroſa tamen
Flumina Moſcouiæ
& vt plurimũ paludoſa, plurimis maximis flumi
nibus Occa, Volha, Dzuuina, Boryſtheneq́ &
Dineper irrigua: piſcibus ob id variis & feris ab
undat, quemadmodũ Lithuania, â qua nõ multũ
diſcrepat, niſi q frigidior eſt, quia ſeptẽtrionalior
Moſcua ciuitas magna.
Vnde pecora parua habet, & cõmuniter mutila.
Moſcua metropolis regionis duplo maior quàm
Praga Boëmiæ: lignea, vt aliæ ciuitates, ædificia
habet, multas plateas, ſed diſperſas, latiſſimi cam
Moſca amnis
pi interiacent. Moſca amnis ipſam interſecat. Arx
in medio vrbis in plano ſita, ſeptẽdecim turribus
& tribus propugnaculis adeò pulchris & validis
vt ſimilia vix reperiantur. Sedecim in ea arcę eccle
ſiæ, quarũ tres ſanctę Mariæ, ſancti Michaëlis, &
ſancti Nicolai muratæ, cæterę omnes ligneę. Tres
Arx amplißima
quoque in ea ampliſſimę curiæ in quibus nobiles
aulici morantur: palatium in quo dux eſt Italico
more conſtructum pulcherrimũ, ſed nõ amplum
Multos nobiliſſimos ducatus habet, ex quibus in
gruente bello pluſquam ducenta millia hominum
Potus Moſcouitarum
duobus aut tribus diebus contrahuntur. Aqua
genti potus & medo liquorq́ fermẽtatus, quem
quaſſetz vocant. Arant ligneo aratro, frondibus
arborum aut ſpinis arpicant: ſegetes propter lon
Frigoris curatio.
gum frigus raro matureſcunt, ideoq́ in ſtubis de
ſiccant, triturãtq́ aromatibus & ſublimatis calfa
ctoriis contra frigus variis vtũtur. De auena &
melle aquam ardentem ſiue ſublimatũ faciunt, &
lacte etiam, adeò forte vt ſæpius ab eo inebriẽtur
Vino & oleo carent. Ne inebrientur, inebriãtem
Ebrietas capitis pœna mulctatur.
potum omnem terrę princeps capitis pœna pro
hibuit: bis aut ter tamen in anno conceditur. Mo
netam habent argenteam maiorẽ & minorem, n
rotun

ɔtundam,ſed quadrangularem oblongam. Dzu ingis hāc dicunt. Sclauonica lingua loquuntur. ectam & religionem cū Græcis vnam obſeruāt. piſcopi eorum Patriarchę Conſtātinopolitano ıbſunt,& ab eo cōfirmationem poſtulant. Chriſum adorant,pręter Koſanenſes,qui cum Sarracenis Mahometum venerantur. Et Scythas quoſdā lios ad ſeptentrionē,qui linguis propriis loquūtur,& idola colūt. Imprimis vnum, quod Zlota aba dicunt,id eſt,auream vetulam,tanta veneraione,vt nemo id pertranſeat, quin ſaltem pilo ex eſte tracto, ſi aliud nihil habeat, corā eo proſtraus pro oblatione proiiciat. His populis quamis ſermo ſit vnus,Sclauonicus videlicet,eſt tamē deò impar, & externis linguis hic & alibi confuus, vt mutuò ſe non planè intelligāt. Idololatriæ empore pontificem maximum vnum habebant, quem Criue nominabant: in ciuitate Romoue (à Roma dicta) habitabat. Communis gentibus illis mos eſt,vt nō ſolum ſeruos vt pecora, ſed etiā lios & ſemetipſos vendāt, & abducere q̄ longiſſime patiantur, ob victus tantummodo ſufficientiam,quamuis groſſiſſimis cibis veſcantur.

Lingua. Religio. Scythæ idololatræ. Zlota baba idolum. Sclauonica lingua aliis linguis vitiata & conſuſa.

## DE POLONIA, POlonorumq; recentibus moribus.

## CAPVT IX.

POlonia Europæ regio,vaſta & plana, vnde & hoc nomen accepit. Significat enim Sclauonica lingua,qua & ipſa vtitur,Pole planum,Sarmatia alio nomine vocata. Hæc Sleſiæ ad occidentē contermina eſt, Prutenis & Maſſouitis à ſeptentrione,ab oriente Ruthenis, à meridie Hungaris, Carpato monte, quem Crapak accolæ vocant interiacente. Hęc in partes duas diuiditur,quarum

Sarmatia Europęa. Termini Poloniæ.

Polonia duplex maior & minor — quæ Saxonibus Prutenisqꝫ vicina eſt, maior Pol-
nia dicitur: altera Hungariæ ac Ruſſiæ obiecta, m
nor vocatur. Regnum vniuerſum in quatuor v
lut regiones diuiſum, quas in orbem Rex quotan
nis inuiſit. Singulæ ternis menſibus alunt Regen
regiumqꝫ comitatũ: cæterum ſi caſu conciliove i
in vna regni parte diutius eſſe perſeuerauerit, ni
Cracouia Polonorũ regia. — hil debetur ipſi amplius. In Cracouia celebri &
ampliſſima vrbe regia eſt, totiusqꝫ regni gaza, cæ
terę ciuitates parũ nitidę ſunt: ex maceria domu
ferę omnes compoſitæ, pleræqꝫ luto collinitæ, pl
Gens Polonica prudẽs & comis. — ga regionis nemoroſa. Gens in vniuerſum pru
dens, multaqꝫ comitate in hoſpites. Bibaciſſimũ
genus hominũ, vt totus ſeptentrio, ſed rarus vin
vſus, ignotusqꝫ genti omnis vinearũ cultus. Fa
Potus cereuiſia — ctitia ex tritico, aliisqꝫ generibus ſeminũ potio i
vſu eſt. Solum ferax, triticiqꝫ abundans. Eſt & pa
ſcuis idoneum, armenta late paſcuntur. Venati
multiplex, equus ſylueſter ceruino cornu, bos fe
rus, Vrum Romani vocant. Plumbũ duntaxa
ex omnibus metallis fodiunt Poloni, & ſalem ſa
Salisfodīæ. — xorũ duritie, nullumqꝫ toto regno vberius vec
Mellis vectigal. — gal. Mellis copia tam ingens, vt non ſatis illis a
que Ruthenis loci ſuperſit, quibus illa recondan
Arbores nanque omnes & ſyluæ aluearibus me
Literæ. — lificantium nigricant. Literarũ figuratio ex gen
Fidei ritus — tili & Græcanico mixta. Promiſcuus & fidei r
Veſtitus — tus inter Romanũ & Græcum. Virorum & m
lierum veſtitus Græcanico ſimilis.

## DE HVNGARIA, HVN-
## garorumqꝫ viuendi inſtitutis.
## CAP. X.

Hungariæ fines — HVngaria nũc ſanè ea regio eſt, quę olim Pan
nonia fuit: licet hæc hodie illius fines in tot
non impleat, nec tam late quondam patuit, q̃ ho
die Hu

die Hungaria.Enimuerò à Laytha flumine inferiorem tantum Pannoniam vſq; ad Sauum amnē cōplexa,vltra Danubium Poloniam attingit,terramq; cōplectitur,quā Gepidæ & Daci tenuerūt: Gepidæ & Daci
patetq; Imperium gentis multo latius q̄ terræ nomen.Erat hęc terra,vt priſci rerum ſcriptores habent,nouem circulis,quos hagas Germanica lingua dicimus,circundata,quorum ſinguli ita ſtipitibus quernis ſiue fagineis vel abiegnis extructi erant,vt de margine ad marginē viginti pedum ſpatium tenderetur in latum, totidem erigeretur in altum: ciuitas autem vniuerſa aut duriſſimis lapidibus aut tenaciſſima Creta repleretur: porrò ſuperficies vallorum eorundem integerrimis ceſpitibus tegeretur. Inter quorū confinia arbuſculę plantatę erant,quę abſciſę proiectęq; vt plurimum herbas & frondes proferebant. De primo autem circulo ad ſecundum viginti milliaria teutonica protendebantur,& inde totidem ad tertiū & ita vſq; ad nonū,quanuis alius alio ſemper contractior erat.Intra hos aggeres vici villęq; ita cōſtitutę vt ab vna ad aliam vox hominis audiretur.Ædificia validiſſimis muris pręmunita:portę non ſatis latę propter hanc cauſſam vt per eas latrocinandi gratia quaqua verſum exire ingrediq; facile poſſent. Tubarum clangore vnus circulus alteri cuiuſq; rei certa ſigna dabat. Pannones ab initio eam terram tenuerunt, Pæones olim dicti, inde Huni habuere, gens Scythica. Mox Gothi ex inſulis Germanici oceani profecti, poſt Gothos Longobardi ex Scandinauia etiā oceani inſula:nouiſſime Hungari ex alia Hungaria Scythica egreſſi,quæ non longè à Tanais ortu extat, & Iuhra hodie dicitur: miſera adhuc regio, vtpotè ſub frigidiſſimo cœlo iacens, duci Moſcouiæ tributaria.

Pannones
Pæones
Huni.
Gothi
Lōgobardi
Hungari.
Hungaria ſcythica

butaria. Non tamen aurum argentumve,quibus omnino carent,ſed pretioſas animalium pelles Sabellorũ ſciſmorumq; pendũt homines. Non arãt, non ſeminãt,neque panes habent:ferarũ carnibus & piſcibus veſcuntur. Aquam potant,ſub tuguriis ex virgultis cõtextis inter denſas ſyluas humiliter habitant. Vnde fit vt homines ſylueſtribus feris cõmorantes, veſtimentis ſe nõ laneis neque lineis induant,ſed pellibus nuper aut lupo aut ceruo vrſove detractis. Solem,lunam,aſtraq; alia alij adorãt,& quicquid eis primũ occurrit. Propriam linguam habent. Corallia piſcãtur & balenas,ex quarum cute rhedas burſasq; faciunt: axungiam pro impinguatione ſeruatam exteris nationibus vendũt. Mediocris tumoris montes ad eam partem,qua oceano incumbit,habet:quos piſces quidam Mors vocati, dentibus ſe promouendo ſcandentes,dũ ſuperiora nacti vlterius nitũtur,præcipites decidunt & moriuntur, eos illi colligunt eduntq;: dentes quos latos & albos valde habẽt, reſeruant,& mercatoribus pro mercibus aliis permutant. Manubria cultellorũ ex illis optima parantur. Habet Hungaria noſtra ad occaſum Auſtriam & Boëmiam,ad meridiem Illirici partem, quę Adriatico eſt pelago obuerſa:ad orientem ſolem Seruiam,quã Triballi et Miſij tenuerunt,nũc à quibuſdã Sagaria vocatã: ad arctum & boream Poloni,Moſchiq; finitimi. Vrbs regia eſt Buda, à Bada Athilę fratre appellata. Ager regiõis quatenus colitur tritico fertilis eſt,auro atq; argẽto diues. Mirũ eſt quod indigenę narrãt eſſe in Pannonia riuum,in quo ſi ſæpius ferrum mergatur,Cuprum fieri. Viri veſtes ſupernè excauant circa interſcapilium,linea ſubtus tunica circa collũ & humeros quodamtenus apparens,quam partem ſer-

*Fines Hungariæ.*

*Buda vrbs regia.*

*Veſtitus Hũgarorum.*

co &

co & auro ferè omnes exornant,indifferens in caliga,cothurno ſuperinducto. Capillos inungunt, concinnantq́ʒ: lineo galericulo contegunt, raroq́ʒ nec niſi in ocio reſoluunt, qui mos & à pleriſque Germanis obſeruatur. Muliebris veſtitus ſtrictior,& ad collum ſubductus vt omnia tegãtur, tantum lineæ tuniculę ora emineant pretioſiſſime ornata:veſtibus togam ſuperinducunt,ſerico caput aut lineo componunt velamine, ac præter oculos & naſum cætera ferè abſcondunt:gemmis & margaritis vulgò vtuntur. Cothurno calceantur viri fœminæq́ʒ,ad media crura inducto. Annũ lugent defunctos,& quoſdam biennio. Barbam raſitãt, præterquã ſuperiore labro. Orthodoxæ fidei cultus ex lege iudicãt. Eſt & alia iudicij ratio,ſi cauſa anceps ſit, nec aliter liquere poſſit, lis ferro decernitur, reus & actor dimicant. Rex aut qui regis vicem gerit ſpectat, iudicatq́ʒ ſecundum eum qui ſuperior fuerit. Satis viciſſe credunt,cuius aduerſarius aut pugnam cunctantius inibit, aut lineis areæ,quibus pugnę locus circumſcribitur,exciderit. Qui ex equo dimicant lancea prius, dein gladio vtuntur. Pedites, prẹter verenda, cætera nudi pugnant. Suus genti ſermo, etſi Boëmo non multum abſimilis. Habent & priuatas literas, ſed Romanis libentius vtuntur. Ferox hominum genus, & in bello validum, equeſtri prælio magis quâm pedeſtri idoneum. Regis Imperio parent,aut regiis ducibus. Cataphracto equite in bello vtuntur, & leui armatura, ſed parcius omnino. Turmatim confligunt, non tamen toto agmine. Nulla gens CHRISTIANI nominis Turcarum arma magis exercuit. Nulla ab his rurſus magis exercita eſt,adeô paribus animis varioq́ʒ euentu eſt ſemper vtrinq́ʒ bellatum.

Alia

Mulierum Hungaroꝝ habitus.

Certamine ſingulari cõtrouerſię dirimuntur.

Hungaroꝝ pugnandi ratio.

Sermo.

Literæ.

Ferocitas Hungarorum.

Alia Hungaria quæ huius mater eſt, linguaq; & moribus penè adhuc illi ſimilis, ritu Barbarico viuit, idolis ſeruit.

## DE BOEMIA, ET MORIBVS Boëmorum. Cap. XI.

Boemiæ limites.

BOëmia regio, Germaniæ limitibus incluſa, aquilonis flatibus obiacet, Hungaria illi orientalis eſt, auſtralis Bauaria, Noricus ager occiduus, Polonia borealis. Latitudo eius longitudini ferè par: trium fortè dierum iter. Sylua Hercinia tanquam natiuo muro vndiq; cingitur. Albi fluuio media irrigatur, atq; quodam alio Multauia nomine, ad cuius ripā Braga ſita eſt ampliſſima vrbs & totius regni caput. Solum ordei & tritici ferax, pabulo pecore atq; piſcibus abundat, olei ſterilis eſt, quemadmodum Germania ipſa: vino non omnino caret, ceruiſiam optimam facit, quæ Viennam vſq; Auſtriæ vehitur. Boemi Germanis licet vndiq; circūſepti ſint, Germanica tamen lingua non loquuntur, Dalmatarum aduentu teutonica illinc pulſa. Etenim in eorum annalibus reperitur, fratres duos ex Croatiæ populis egreſſos alterum in Boemia alterum in Polonia cōſediſſe mutaſſeq; & gentibus prioribus linguam & terris nomina Volaterrano autore. Mos vetus & Germanica lingua à plęriſq; in hanc vſq; diē obſeruantur. In templis enim plebes ſermone teutonico docentur, in cœmiteriis Boemico. Solis mēdicantibus olim libertas fuit, qua vellent lingua populos inſtruere. Nullæ genti leges ſunt, nulla ſanctiora inſtituta, quodlibet licet: quippe Chriſtianę fidei non ſolum nō cultus, vt qui Vualdenſium ſectam amplexi tutentur, tum auorū noſtrorum memoria Huſſitarum veneno infecti, Orthodoxę fidei cultum parū hodie integrè cuſtodiūt.

Hercinia ſylua

Albis

Multauia.

Braga vrbs regia.

Ceruiſia boemica cō mendatur

Sermo

Lingua germanica in Boemia.

Vualdēſes

Romanum pontificem in ordinem redigunt, ne- gantq́ꝫ cęteris Antiſtibus auguſtiorem eſſe ac ve- nerabiliorem, inter ſacerdotes nullum diſcrimen ducentes. Presbyterum non dignitatem, ſed vitæ meritum efficere potiorem. Animas corporibus excedentes aut in ęternas eueſtigio pœnas demer gi, aut perpetua conſequi gaudia, purgatorium ig nem non inueniri, quo aliquando expientur. Stul tum arbitrantur defunctis parentare, auaritiæ ſa- cerdotalis inuentum eſſe, Dei optimi maximi di- uorumq́ꝫ ſimulachra è medio tollunt. Aquarũ pal marumq́ꝫ ac cęterarum rerum benedictiones irri- dent. Mendicantium religiones malos dęmones inueniſſe. Sacerdotes pauperes eſſe debere ſola ele emoſyna contentos: non opes non pecuniã poſſi- dere. Liberam cuiquam verbi dei prędicationem patere. Nullum capitale peccatũ, quantumuis ma ioris mali vitandi gratia tolerandum. Qui morta lis culpę reus ſit, eum iudicant neq́ꝫ debere ſęcula- ri, neq́ꝫ eccleſiaſtica dignitate potiri, nec etiam pa- rendum eſſe ei. Confirmationẽ & extremam vn- ctionem inter eccleſię ſacramenta minime teneri. Auricularẽ confeſſionẽ nugacem, & ſuperuacuã eſſe: ſufficere in cubili aut alio ſecreto loco ſua quenq́ꝫ deo peccata confiteri. Baptiſma fluuialis vndę nulla interiecta ſacri olei mixtura recipien- dum. Cœmiteriorum inanem vſum, quęſtus tan- tummodo cauſſa repertũ, quacunq́ꝫ tegantur tel- lure humana corpora nihil diſtare. Templum dei latè patentis ipſum mundum eſſe, coartare maie- ſtatem eius, qui eccleſias monaſteria oratoriaq́ꝫ cõ ſtruunt. Sacerdotales veſtes, altarium ornamenta, pallas, corporalia, calices, patenas, vaſa huiuſmo- di nil habere momenti: ſacerdotem quocunq́ꝫ lo- co, quocunq́ꝫ tempore ſacrum Chriſti corpus cõ- ficere

Errores Boemorum

Sacerdotes ęquant Boemi.

Boemi non parentant

Benedictiones rerum irrident

Peccatum mortale tolerandum non eſſe

*Sacramen- tum eucha- riſtiæ.* ficere poſſe,petentibus miniſtrare. Sufficere ſi ver
ba ſacramentalia tantũ dicat, ſuffragia ſanctorun
In cœlis cũ Chriſto regnantium impetrari.In C
nonicis horis cantãdis dicendisq; fruſtra tempu
teri. Nullo die ab opere ceſſandum eſſe exiſtimãt
*Celebrita- tes ſanctorũ* q̃ quę dominica nũc appellatur. Celebritates ſa
ctorum reiiciendas. Ieiuniis quoq; ab eccleſia in
ſtitutis nihil ineſſe meriti. Fama eſt etiam Boë
*Infantes Bo emi cõicãt.* morum ſacerdotes infantibus ipſis & cũctis aliis
indifferẽter ſub vtraque ſpecie corpus Chriſti m
niſtrare, hoſtia q̃ qua nos vtimur aliquantũ gran
diori. Georgius Poggebratius huius inſtituti au
tor fuiſſe dicitur.Picardus quidam ex Gallia,gen
tem alio delirio infecit: iis non paruam virorum
mulierumq; plebem cõtractam nudam incedere
iuſſit,Adamitas vocauit,autor omnis licentię V
nus publica & mixta. Reliqua horrenda auditu
crimina hoc duce cœperant, & in quibuſdam lo
cis adhuc durare, ſed occultè,à multis dicitur.
Nam ſubterraneos Boëmorum quidam (qui ex
hoc Gruebenhaimer appellantur) ſacra operatur
ſubeunt,inter quę quum à ſacerdote pro more il
lud Geneſis pronuntiatur,Creſcite & multiplica
*Nefandus Boëmorũ ritus.* mini,ac replete terrã: lumina quę ibi habẽtur,co
tinuò omnia extinguũtur: & tũc neq; ætatis vlla
neq; ſanguinis attenta reuerentia promiſcue vir
& in quam per tenebras quiſque incidit mulie
res cognoſcũt, peracto ſcelere quum in locum ſu
um ſe quiſque receperit,luminaria rurſus incendũ
tur,& ſacrum peragitur. Eſt execrandus hic dam
natę gentis ritus non multũ diuerſus à Bacchan
*Bacchana- lia olim in talia cele- rata.* libus illis,quę in Hetruria primo, mox Romę et
am noctu,multa vini & epularũ crapula mulieres
maribus mixtę in abdito celebrauere, nullo neq
ſexus neque ætatis reſpectu habito ad promiſcu

puer

uerorum ac matronarũ ſtupra, atque aliorũ flagi iorum, quę ex ipſis tanquam ex officina quadam rodibãt: quorum ſacrorũ capita Q. Martio Phi ippo & Poſthumio Albino cõſulibus Romę ca italí ſunt ſupplicio affecta, vt ſcribit Sabellicus Enneade quinta libro ſeptimo. Hanc Boëmorũ mpietatem nefandã hæreſim quatuor reges Ven eſlaus, Sigiſmundus, Albertus & Vladislaus ex irpare non potuerunt, quamuis ſæpius totis viri us attentarunt. Hæreſis Boemorum inuicta.

## DE GERMANIA, ET INſtitutis eorum plurimis.

## CAP. XII.

GErmania regio Europę ampliſſima, tota ſeptẽtrionalis, à Gallis olim Rheno fluuio diuiſa uit, à Rhetis & Pannonibus Danubio, à Sarmatis Dacisq; mutuo metu & mõtibus ſeparata, cætera oceano ambiente, hodie extra hos fines Rhetiam, Vindeliciam, Noricam, & ſuperiorem Pannoniam, Alpes, partemq; Illiriæ & vſque ad Tridentina clauſtra Germania obtinet: Belgarũ quoque ferè tota natio Gallici quondam iuris, oĩsq; Rhenus in Germaniæ nomen linguamq; conceſſit, vt iam ſe Gallos dici neſciãt, ſi audiãt indignentur. Heluetij quoq; in Germaniæ nomen & linguam tempore labẽte tranſiere. Itaq; magnã Galliæ Tranſalpinæ partẽ ipſa Germania ſibi vendicauit. Prutenos ferociſſimã gentem & idolis deditam intra tricenteſimũ annum ex infidelium manibus milites Teutonici vi & armis rapuerunt, vbi & lingua Teutonica introducta eſt, & Chriſti cultus gẽti imperatus. Vnde habita ad primæuos illius terminos cõſyderatione, videbitẽ certè illa ſibi ferè plus ſoli extra vſurpaſſe, q̃ int⁹ prius continebat. In duas velut partes ab initio tota

Germaniæ veteres limites.

Quid Germaniæ acceſſit.

Pruſiã Germania vendicauit.

Germa

Germania duplex

Germania diuiſa fuit, vt quę alpibus propinqu
or eſt, ſuperior ſit Germania appellata: altera ad ſ
ptentrionem atq; oceanum verſa, inferior. Dura

Alemania

hęc partitio ſub Alemaniæ appellatiōe (quę à L
mano, vt quidam autumant, lacu eſt) in hunc vſq
diem. Prouincias tam hęc quàm illa multas h

Prouinciæ Germaniæ multæ

bent: ſuperior à Mogano flumine, quod Franc
niam perlabitur, aſcendendo Bauariam habet A

Superior Germania vulgariter Hoch teutſchland: Inferior neder teutſchlād.

ſtriam, Styriam, Atheſim, Rhetiam, Heluetiā, Su
uiam, Alſatiam, prouinciam Rhenenſem Mogu
tiacum aduſq;. Inferior, Franconiam, cuius mag
na pars meridiem verſus etiam in ſuperiorē pr
tenditur, habet Haſſiam, Lotharingiam, Braba
tiam, Gelriam, Selandiam, Holandiam, Phriſiam
Flandriam, Vueſtualiam, Saxoniam, Daciam, P
ninſulam, Pomeraniā, Liuoniā, Pruſſiam, Sleſia
Morauiā, Boēmiam, Myſnam, Marchiam, Thu
ringiam. Fuit Germanię terra ab initio, vt Co

Terra Germanię olim horrida & infœcunda.

nelius Tacitus ſcribit, & ſi aliquando ſpecie diff
rebat, in vniuerſum aut ſyluis horrida aut palud
bus infœcunda, humidior qua Gallias, ventoſi
qua Noricum ac Pannoniā aſpicit. frugiferaru
arborum & omnis culturę impatiens ſterilis, pe
corum tamen fœcunda, ſed plęrunq; improcer

Germanię laudes.

rū, auro atq; argento immunis, & propterea vil
deſpectaq; ab omnibus. Hodie regio adeò amo
na eſt, adeò pulcherrimis nitidiſſimiſq; vrbibu
caſtris & pagis paſſim exornata exculta, vt no
Italię, non Gallię, non Hiſpanię ipſa cedat. Cœl
ſatis clemens habet, Campi fertilitatem optand
Sunt colles aprici, nemora opaca, frumentoru
abundantia, vitiferi mōtes, clariſſimi amnes, R

Flumina Germanię

nus, Danubius, Moganus, Albis, Neccharus, Sa
Odera, & multi alij fluuij, & riui lympidiſſimi
tam terram rigātes. Sunt fontes dulcis aquę, ſu
therm

hermę calidę, ſunt minerę ſalis plurimę: metallo-
um item fertilitate nullis terris cedit. Vniuerſa Diuitię Ger
t Italia, Gallia, Hiſpania argentum ex Germanię maniæ.
egociatoribus ferè omne habent, metallaq; non Metalla.
arum multa, nec auro eſt priuata. Quòd ſi hodie
riſcorum quiſquā ab inferis reſurgeret, ac oculis
itima regionis cōtēplaretur, nunquid non mul Germania
im is miraretur? aut quid diceret tamen, ſi vide- quantum
et quanta nunc eſſet locorum ſalubritas, cœli hu exculta.
iana tēperies, vbertas ſoli, vini frumentiq; quan
a copia, arborū conſitiones, quis ſplendor vrbiū
emplorū ſacra, et erga deum religio, vrbanitas ci
ium, veſtitus hoīm, rei militaris peritia, appara-
us bellicus, cęteraq; ornamenta Germanorū, no-
ilitasq; quàm ſyncera. profecto, vt reor, nō dice-
et terram informē, aſperā cœlo, triſtem cultu. vi-
eret ſanè q̃ verum ſit illud, quod dicitur, Sæpius
onā materiam ceſſare ſine artifice. Nam etſi aliis Temperata
egiōibus mitior hyems ſit, fructuſq; nobiliores, Germania.
ninus tamē æſtus temperatus eſt, vnde & frugū
orruptio: adde animalia venenoſa, & alia ad hu-
nani generis perniciē intentiſſima. difficilis ſatis
rit iudicatu, quæ cuiq; prouincia cōparanda ſit,
uę anteferenda. Dicta autē eſt Germania recen- Germania
iori appellatione q; eius populi ferè omnes inter vnde ap-
perinde ac fratres, pares exiſterent tum corporū pellata.
iſpoſitione tum moribus atq; viuendi ritibus.
rius Teutonia à Tuiſcone Noë filio, et Aleman Autor
ia à Manno eius filio, qui gentis autores condi- gentis.
oreſq; memorantur, vocitata fuit. Quamuis ple-
iq; gentem indigenam, id eſt, inde genitā nec ali- Germani
nde prouectam arbitrentur. & eius opinionis indigenæ.
iceſt, qui ita verſificatus eſt.
Gens inuicta manet toto notiſſima mundo,
Terra vbi ſe deuexa globo demittit in arcton,

Solis & algoris patiens, duricꝫ laboris,
Ingrata ignauiam vitę tolerare quietem:
Indigena haud alia ducens primordia gente,
Sed cœlo producta ſuo Demogorgonus aluus
Protulerat: patulas vbi cuncta creata ſub auras.
Germanos vocitant Itali, Grai ſed Adelphos,
Quòd fratrum ſoleant inter ſe viuere more:
Nomē nobilibus quod adhuc venerabile noſtr
Pectoribus, ſimiles ingentes corporis artus
Prodiga cui natura dedit, per lactea colla
Candida proceris tollentes corpora membris.
Flaua coma eſt, flauentcꝫ oculi, flauocꝫ colore:
Temperie iuſtam retinent ſua membra ſtaturai
Vox habitum mentis cū geſtu et pectora prod
Voxquę nil muliebre ſonat, ſed tota virilis
Martia craſſiloquo teſtatur corda palato.
Commune his ſtudium venari, equitare, vagar
Atque ſuum varias victum quęſiſſe per artes:
Vel Bacchum viduis creſcentem iungere palis
Aruacꝫ quadriiugo proſcindere pinguia aratro
Nec patrio tepuiſſe ſolo iuuenilibus annis,
Sed mox doctiloquę præcepta adiiſſe Mineruæ
Vel vaga veliferas duxiſſe per æquora naues,
Atque ſuis terris varias adducere merces.
Nec cenſere nefas animum intendiſſe rapinis,
Dum fera belligeri meditantur prælia Martis,
Atque illum regum celſas quęſiſſe per aulas,
Quatuor ad fines quas Teutonis ora coërcet:
Siue per Herciniæ nemoroſa cacumina ſyluæ
Dentatos proſternere apros, ſyluiscꝫ vagantes
Æripedes ceruos, vrſoscꝫ agitare feroces.
Vnguibus accipitres trucibuscꝫ iubere rapinas
Tollere, & euulſas diſpergere in æthera plumas
Hinc animus dubiis audens ſe credere rebus,
Nec ſegnis timiduscꝫ mori, roſeumcꝫ cruorem

Pro

Pro patria & charis certans effundere amicis:
Atque auidus cædis, ſi qua vlla iniuria læſit,
Quiq; fidem ſancto & conſtanti pectore ſeruet
Relligionis amans, ſuperumq; & cultor honeſti,
Et veri iuſtiq; tenax mens conſona labris,
Ficta coloratę fugiens mendacia linguæ.

Prælium inituri Germani ſacrũ hymnum Her
uli canebãt,quem volebãt aliquando in eam ter-
am veniſſe, graui & terribili ſonitu, nõ diſſono,
æterũ ad terrorem quęſito pugnam capeſſebant.
Truces oculi pluribus ac cærulei, rutilæ comæ,
rocera corpora,ad primos impetus ſubita et prę
eps natura. Cæterum laborum operumq; impa
iens.Sitim & æſtum vt Galli non ferunt,frigorũ
atientiſſimi. Auri & argenti his olim vſus nul-
us. Argentea vaſa eorum legatis data,aut princi
ibus muneri miſſa, non minori contemptu q̃ fi-
tilia tractabant. Commerciorum vſu aurum &
rgentum ab his primo receptum. Credita & á
uibuſdam tellus ipſa talium metallorum expers
uin & ferri inops: quo accidit,vt olim rari vte-
entur gladiis in prælio, ſed longiori haſta, quam
pſi frameam vocant:& in ea breui ferro,habili te
o, ſiue cominus ſiue eminus dimicarent. Eques
cuto & haſta inſtruebatur. Pedites miſſilia ſpar-
ebant, plura ſinguli. Nudi in pugnam,aut bre-
i ſagulo vtebãtur,nulla cultus occultatione,ſcu-
a tantum coloribus,hiſque lectiſſimis diſtingue-
ant. Paucis loricæ vſus, vix vni alterive caſſis
ut galea. Equi nec forma nec velocitate cõſpicui
ec in gyrũ vt Italici,ſed recto tm̃ conatu agũtur.
cutum in pugna amiſiſſe præcipuum flagitium,
t ſacris & publico concilio excluderẽtur eiuſmo
i clade adfecti. Multi tali infamiæ ſuperſtites vi
am laqueo finierũt. Reges nobilitate legebãtur,

Hercules in Germania fuit.

Auri & argenti Germanis vſus olim nullꝰ.

Nudi pugnauerunt Germani.

Scuti in pugna amiſſio flagitium ingens.

nec his libera infinitaq; poteſtas fuit. Exercitu
is ductabat, qui præcipua virtute præſtaret, quiq
exemplo magis q̃ imperio polleret. Vincere, ve
berare, animaduertere in quenquã nullius ius eſſ
præterquam ſacerdotũ, vt non imperio ſed diuin
tus flagitia vindicari crederentur. Signa quędam
Deorum lucis detracta in prælium geſtari, præci
puum in pugna incitamentũ. Omnes ſuas neceſſ
tudines in proximo ſtatuebãt, vt in ſuorum con
ſpectu aut glorioſe vincerent, aut cum laude cad
rent: liberi, coniuges, parentes ſanctiſſimi pugn
teſtes adhibebãtur. Ad matres & vxores accep
vulnera deferebant, nec illæ & numerare & exig
re plagas formidabant. Eædem cibos hortatio
nesq; pugnantibus ſuggerebant. Proditum me
moriæ eſt, inclinatam aciem aliquando illarũ ho
tatu reſtitutã. Creduntur ad hæc arbitrari aliqui
ſancti prouidiq; in fœminis eſſe, earumq; conſil
propterea non aſpernari reſponſave negligere.
Mercurio certis diebus humanas hoſtias imm
labant, Herculi & Marti ex cæteris animalibus
Sortes & auguria in vſu. De minoribus reb
principes ciuitatis conſultabãt, de maioribus v
uerſa ciuitas. In inchoandis rebus noua luna a
plena obſeruabatur. Noctium nõ dierum num
rus ſupputabatur in ea gente. In concilium arm
ti ventitabant. Sententiam approbaturi frame
concutiebãt, id honoratiſſimum aſſentiẽdi genu
cõtrà, aſpernati fremitu ſignificabant. Transfug
& proditores ex arboribus pendentes, ignaui
imbelles atque infami corpore cœno obruti, a
à palude aliqua ſuperiecta crate necabantur, ta
quam ſcelera in aperto ponenda eſſent, vitia cõt
gẽda, nihil publice aut priuatim magiſtratus ag
re, niſi armis inſtructi. In cõmeatu & affectatio

inc

Margin notes: Deorũ ſimulachra in p̃lium geſtabantur. — Matres & liberi in bello. — Magiſtrat9 ſemper armati.

credibilis æmulatio, qui maiori iuuenũ globo
patus in publicũ proceſſiſſet, præcipua celebri-
e apud ſuos & finitimos eſſe. Turpe & in om
vita infame ſuo duci ſuperſtitem in prælio eſſe,
ſi victor is ex acie deceſſiſſet. Princeps pro vi-
oria, comites pro principibus dimicabant.
lla vltrò appetere, vtpote quibus oĩs à re belli-
eſſet quies ingrata. Inertiæ & ignauiæ dabatur
lore aliquid quęrere, quod poſſet cruore parari
llorum cura deſtituti, ſomno & cibo vel fortiſ-
ni quiq; indulgebant, domo & agrorũ cura fœ-
inis & ſenibus delegata, vt mirum videri poſ-
duo tam diuerſa eidem gẽti adfuiſſe, & inertiæ
norem, & odium quietis. Vicatim plurimum
cretisq; domiciliis habitabant. Tegumen fuit Veſtitus.
gum, fibula, aut ſi ea defuiſſet ſpina conſertũ: lo-
pletiſſimi veſte diſtinguebantur, non fluxa, ſed
icta, ac penè ſingula membra exprimẽte. Idem
minis habitus, qui & viris. Atque Germani Matrimo-
ſi omnium ferè qui ad ſeptentrionem & ortum nia.
bitãt, ſoli vnica vxore contenti ab initio fuere:
anquam & in his nõnulli plura celebrarent cõ-
bia. Nõ vxor viro, ſed vir vxori dotem compa
bat. Nec ad delicias quęrebatur cultus, ſed iuga-
boues dabãtur, frenatus equus, & ſcutum cum
mea & gladio. Mira in fœminis pudicitia, nul Adulterij
ſpectandi fuit illecebra, nulla conuiuiorũ ratio, pœna.
ra in tam numeroſa gente adulteria: cuius cõui-
a mulier reſectis capillis, nudatã coram propin-
uis maritus domo exactã, toto vico verberibus
gebat: profligatæ pudicitiæ nulla venia, nõ ætas,
on forma, non opes cõnubium corruptis conci-
are poterat. Nemo tamen vitia ridere, id enim
eculũ corrumpere & corrumpi arbitrabantur.
ic vnum mulieres maritũ accipere, vt vnum cor

pus & vnam vitam: nec vlla cogitatio vltra, t
longior cupiditas, tanquã matrimonium amar
non maritum. Plus apud illos boni mores val
runt, q̃ alibi bonę leges. Serus in iuuenibus v
Veneris, atq; eo minus exhauſta pubertas: nec
Homicidij nubia virginum properabantur, vt validior e
mulctatio procreatio. Homicidium certo pecorũ num
luebatur, atq; vniuerſa domus ſatisfactionem
piebat. Conuictibus & hoſpitali menſę ſupra n
dum ſtudebant. Nefas habebatur, quenquam d
mo aut epulis arcuiſſe. Gaudebant muneribu
nec data imputare, aut obligari acceptis. Diem
ctemq; potando continuare. Temulẽtia nulli p
bro data eſt. Crebrę poſt crapulam rixæ, raro c
uitiis, cæde ſæpius tranſigebantur. De pace & b
lo in conuiuiis conſultare, quaſi nullo alio tem
re ſimplicius paterent hominũ curæ, aut ad res
gnas magis incaleſcerent. Gens minime aſtu
ſimpliciter omnia arcana detegere: poſtridie ad
retractabant, vt de ſumma rerũ deliberarent, du
fingere neſcirent: decretum verò ferrent, dũ erra
non poſſent. Potus ex hordeo in ſimilitudine
vini corruptus. Proximi fluuiorũ accolæ aduec
tia vina in vſu habebant. Cibus ſimplex, agreſ
poma, recens farina, & lac concretũ, potus imm
deratior. Vno ſpectaculorum genere vſi, vt nu
iuuenes inter gladios & frameas ſeſe celeriter e
Ludendi pedirent. Exercitatio artem parabat, ars dec
amor. rem. Aleæ adeò ſtudioſi, vt cæteris amiſſis, noui
mo iactu de libertate contenderent. Victus vo
tariam ſeruitutem adibat: & quanquã iuuenis
robuſtus, ligari ſe & vendi patiebatur. Annum
Funebris hyemem, ver & æſtatem diuiſum habebant: aut
Germano num vini & cæterarũ frugum inopia neſcientes
rum luct9. In funere lamenta & lachrymas cito abſtergebã

in d

olore & triſtitia permanebant diutius: fœmi-
tantũ lugere permiſſum, viris meminiſſe ſolũ.
i olim fuerunt Germanorum mores, talis vi-
di ritus. Sed quæ mutatio longo temporum
ruallo, vt in cæteris gentibus ſit facta, ex præ-
i rerum ſtatu deprehendi poteſt. Omnis ho- Recentia
Germanorũ conditio ſiue ſtatus quadruplex Germano
Primus clericorum tam ſæcularium quàm re- rum inſti-
oſorum, vtrique magnis & largis redditibus tuta.
ſibusq; prouiſi, ab aliis plurimum honoris per
iunt: non ſolum q; Deo Optimo Maximo ſa-
ſcent, ſanctorum laudes cantent, ac animarum
am habeant, ſed etiam q̃ ſcripturas intelligãt,
ipſas interpretentur, vitamq; cœlibem agant.
im qui in his minus probantur, facile ab inerti
lgo aſpernari ſolent. Veſtitu religioſi quique
& ſatis decenti vtũtur. Seculares tunicas por
t fluxas, pullo vt plurimũ colore. Caput mi-
lanea tegunt non multum faſtigiata, ſed capite
retenus ſatis adhærenti. Ex collo quum in pu-
cum procedunt faſciam dependũt, quidam ſe-
am, quidam laneam honeſtatis tantummodo
uſſa. Superducũt & calceis crepidas ſiue ſanda-
, quæ domum reuerſi deponunt. Ocio maior Clericorũ
rs vacat, literis pauci intendunt: pomeridianas Germano
ras ludendo potandoq; deducentes. Iniurias rũ ſtudia.
as minores ſacerdotes ad Epiſcopum deferunt,
aliquando ad Romanam curiam. Vnde graui
mno eos qui nocuere aliquando afficiunt, & ſi-
ſecuritatem parant. Secundus ſtatus nobilium Secũdus ſta
t, hic gradus multos habet. Sunt enim principes tus nobili-
nt Comites atque Barones, atq; inferioris gra- um eſt.
us milites. Principes nõ ſolum dignitate & ge-
eris claritudine, ſed & potentia cæteris antece-
unt, terras habent & dominia latiſſima.

Comites & Barones, cæteriq́ nobiles per reg
nem diſperſi, florum adinſtar interlucēt. Sed ill
in nobilium ordine mirum videri poteſt, ꝙ pr
cipes ipſi atque comites Cæſari, quoties Impe
neceſſitas exigit, obſequia tanquam ſubiecti p
ſtent: milites exemptos ſe dicant, & niſi ad ſtip
dium nemini ſeruiant, nec ſubditos ſuos ſeruir
nant: & tamen Romanorū Imperatorem domi
ſuum ac principem eſſe dicāt & recognoſcāt. P
phanari & nō parum minui generis ſui ſplendo
exiſtimant, ſi mercaturā artemve aliquam mecl
nicam exerceant, Si plebeiam aut ſibi inferiore
vxorem ducāt, Si aliena vrbe ciuium more hal
tent. Ipſi vrbanorum cōſortia, commercia omi
peroſi, arces & robuſtiora ſplendidioraq́ ædifi
in montibus, ſyluis & rure collocata, cum fami
ſua liberè habitant. Quidam principū aut regu
curias frequentāt & bella ſequuntur, alij de red
tibus ſuis & patrimonio viuentes domi mane
cōmuniter tamen venātur, quod ſolis ipſis lice
longo vſu & conceſſa libertate contendūt: pri
tis leporū pręſertim, caprearū, hinnulorum ceru
rumq́ venatio in aliquibus locis oculorū effoſſ
ne, in quibuſdā truncatione capitis interdicta: n
xias tamen feras captare cuiq́ licet. Lautè inſup
nobiles ipſi epulantur, veſtiuntur ſplendidè, au
& argēto diuerſicoloreq́ ſerico tam viri q̄ muli
res domi & foris exornantur, multo familiariu
cœtu incedūt, & inceſſu adeò maturo & pręme
tato, vt à plebeis mox vt videātur internoſci pc
ſint. Equis ſi longius eundū ſit, & nō pedibus v
dunt: dedecoroſum enim hoc valde ducūt, & m
rum egeſtatis iudicium. Sed prædari, vbi neceſ
ria deſint, nō verentur. Iniurias illatas rarò iure,
pius cōgregato ex ſociis equitatu, ferro, flammi
& ra

Nobilium ſtudia.

Venatio priuatis interdicta.

Inceſſus nobilium.

& rapinis vlciſcūtur:coguntq; per hoc eos,qui in
ulerunt ad ſatisfactionem. Gens ſuperba,inquie
a,auara,eccleſiæ prælatis & eorū bonis inſidians
emper: ſubditos ruſticos irremiſſa ſeruitute exer
et,incredibile dictu, quantū miſeros & infelices
omines vexet,quātum exugat. Eſſet Germania
oſtra ter quaterq; felix, ſi Centauri iſti Dionyſij
& Phalarides aut eiicerētur, aut ſaltem ipſorū ty
annide refrenata & poteſtate diminuta,priuatim
quemadmodum in Heluetia,nobiles viuere coge
entur. Sequens ſtatus oppidanorū eſt, quorum
quidam Cæſari tantū ſubiecti ſunt,quidam prin
ipibus aut eccleſiæ prælatis. Qui Cæſari parent,
ibertates multas habent,mores etiam & inſtitu
a quibus in cōmuni fermè vtuntur. Singulis an
is ex ciuibus magiſtratus ſuffragio creatur,apud
quem ſumma poteſtas cū Imperio ſit,in caput ani
maduertere cuiuſq; habet,hoc ordine:Si de crimi
ibus agitur, aſſident in cōcilio hi, quos ſibi ciui
as delegit,rei ipſi ligati adducūtur, accuſatoribus
& reorum defenſoribus dicendi copia datur:qui
us auditis eunt in ſentētiam, nō vt leges cenſent
quas nō nouerūt, ſed ꝓut ratio eis dictat atq; iu
iciorū cōſuetudo habet,quod et in ciuilibus cauſ
is obſeruatur:excepto q̄ Cęſar in his appellari po
eſt,in illis verò non. In omni ferè Imperiali ciui
ate duplices ciues ſunt,ingenui & plebei.Mercā
iis & officinis plebei intendunt,ingenui (qui &
patricij dicuntur)patrimoniis tantū redditibusq;
uis cōtenti equeſtrem ordinem imitantur.Si ple
eiorum quiſpiam ditior factus, ſe illis commer
io aut cōſuetudine cōmiſcere contēderit,repelli
ur. Vnde lōgo iam tempore vterq; ſtatus in ſuo
valore perdurat.Reipublicę adminiſtratio tamen
ferè cōmunis eſt,& vtriſq; permiſſa:nec eis plebs

Germania abſq; nobilibus felix.

Tertiꝰ Germanorū ſtatus oppidanorum eſt.

Iudiciorū forma.

Ciuiū Germanorum cōditio duplex.

ſeruire aut ſubiecta eſſe videtur: ſua cuique ſubſtã
tia tuta eſt, & libertas, ſaluis legibus, vt viuere v
Illiterati iu dicant viri duodecim. lint: in cõmuni iuſtitia per totam regionem ab il
literatis adminiſtratur. In ſingulis oppidis & nõ
nullis pagis etiam viri duodecim, vitæ integrita
te ac honeſtate præcipui eliguntur in iudices, nul
lo habito reſpectu ſciant ne literas vel nõ. Illi iud
candi munus neceſſario ſubeũt, licet remuneratio
nem ſeu mercedem inde nullam expectent, prꝗter
honorem, pro cõmuni tantũmodo bono, ſuis ne
gotiis poſthabitis, iudiciis ſtatuto tempore inter
dunt, iurantq; ſinguli ſe vnicuique iudicaturos ſe
cundũ quod eis viſum fuerit iuſtius atq; melius.
Nec à ſentẽtiis eorũ maiores noſtri appellabãt, in
dignum fore putantes, tantorũ virorum gratis iu
dicantium decretis contraire. Hodie verò paſſim
ab eis appellari cœpit, quod ferendũ eſſet, ſi iudi
ces ad quos appellatũ fuerit, in iudicando conſue
tudinem priorũ iudicum ſeruarent. Sed hoc à pa
cis attenditur, imò plerũque priorũ iudicum ſen
tentiæ, alioquin nullã iniquitatem continẽtes, ol
id ſolum quia cõtra leges ſcriptas prolatę inueni
antur, retractantur: in quo ſine eorũ demeritis &
iudices primę inſtantiæ imperitiæ ſugillantur, &
Ciuium cõ cordia & cõ ſuetudo. victrix pars grauatur. Hoc q̃ iuſtum ſit, viderin
ipſi. Ciues inſuper honeſtiſſimè inter ſe & amici
ſſimè viuunt, in locis publicis & priuatis frequen
ter conuenientes mercãtur, cõuiuantur, colludũt
colloquuntur: raro alterutrum decipiunt, raro co
tendunt. Quocũque tempore, quocũque etiam l
co, tam viri q̃ mulieres, obuiantes inuicem hon
rant & ſalutant. Victu veſtituq; priuatis diebu
Victus. fermè omnes Germani admodũ frugali & ſimp
ci vtuntur, feſtiuis parũ ſplendidiori. Operãtes i
die quater comedũt, ocioſi bis. Habitus quo vi
ind

nduuntur communiter, laneus eſt: quo mulieres, ineus: ſed adeò vtrorunque diuerſus & colore & orma, vt raro vnus ſicut alius veſtitus appareat. Habit9 Germanorum diuerſus.

Aduentitiis & nouis veſtimẽtorum formis iam plurimum gaudent, Italicis Gallicisq; pręſertim, quibus ante paucos annos obtuſa calceamenta viri, cum fluxis & diſciſſis manicis tunicas, & te-ta pilea, quę pyretia vocant, receperũt. Geſtaban ur mea adhuc memoria roſtrati calcei, veſtes cur-æ atque ſtrictæ, caudata capitia. Sed iſta antiqua virorum frugalitas hodie ad mulieres venit, mu-ieribus commiſſa eſt. Hæ depoſitis multiplici-bus peplis, quibus grandia olim capita faciebãt, vnico tantum hodie velantur, modeſtius ince-dunt. Aurum, argentũ & vniones, exquiſita item veſtimentorum fimbria ex variis & pretioſis ani-malium pelliculis aut ſericis, ferè omnino abiece-runt. Quid dicam de veſtium Syrmatis, quæ niſi apud nobilitatem vix magis conſpiciuntur. Satis honeſtus hodie fœminarum veſtitus eſt, ſa-tis decorus. Nihil haberet quod meritò repre-hendere quis poſſet, ſi à quibuſdam ſupernè ni-mium non excauaretur. In funeribus & parenta-tionibus, nigris amiciuntur. Defunctos dies tri-ginta lugent, ac ipſis interim ter iuſta perſoluunt. Primo videlicet die, ſeptimo atque trigeſimo. Luctus funebris.

Ad Dei cultum deditiſſimi ſunt, nullus artificum eſt qui mane antequam laborare incipiat, ædes ſa-cras non intret, & diuino officio interſit. Serui at-que ancillæ ad hoc à dominis quaſi compellũtur, turpe putant, eiq; non modicum exprobrandum, qui ex pigritia aliave inani cauſſa ſacra negligũt. Germani ad cultum Dei propenſi.

Eleemoſynas multas tribuunt. Nulla ferè ciuitas eſt, in qua non fratrum mendicantium conuentus ſunt, peregrinorum inopum publica hoſpitia. Miſericordes ſunt Germani.

Pueti ſtudiorum cauſa exulãtes. Aluntur etiam iuuenes ephœbi,qui ſtudiorũ ca ſa paterna domo digreſſi voluntarie hincinde e lant, tam multi interdũ in vna ciuitate, vt mira poſſis vnde nutriantur,illi à ciuibus ex pietate h ſpitantur: victum domeſticatim cantantes m dicãt,eum tamen large accipiunt: propter hoc ædibus ſacris & ſacerdotibus deputati diuina o ficia cantent,ad clericatumq́ inſtituãtur. Dom publica iuxta ſingulas parochias vna eſt,in qua tium et diſciplinarum ſtudio tam hi q̃ ciuium fil quotidie cõueniunt:qui ipſis prẹſunt docentq́ ri non minus virtute q̃ doctrina ſpectati ſunt:d linquẽtes & literarum neglectores ferulis perc tiunt aut verbis duriuſculis caſtigãt. Priuatẹ æd penè omnes cõtiguæ ſunt,atque pro ciuium fac

Vrbanorũ ædificiorũ forma. tate vicorumq́ diſpoſitione conſtructæ. Diuit lapidibus cœmentoq́ ſuperbè ædificãt: pauper luto & ligno tantũ humilius: tegulis tamen late ceis aut ſciſſili lapide ædificia ſua vtriq́ tegunt,c

Domorum tecta in Saxonia. decorem ne aut aduerſus incendium affirmare n poſſum. In Saxonia & aliis pleriſq́ locis dola aſſerculis operiunt: quare oppida parum venu viſuntur, & igni magis obnoxia ſunt. Plateæ plurimũ ſilicibus ſtratẹ ſunt. Portẹ ſeu exitus bium celſis turribus inſigniti,in quibus diurni ſtodes aduentantes equites tuba ſignificare ſolẽ

Vrbium ſitus. vt hi qui portas inferius obſeruant prẹmoneãt & eas in maiori tutela habeant. Vrbes commun ter natura & arte munitæ,aut iuxta vorticoſa fl mina vel in montes ſitæ ſunt: quẹ in plano reſid muris foſſatis, vallis inſuperabilibus circũſept turribus & propugnaculis innumeris, veluti terra,prominent. Eſt etiam multarum ciuitatu circumiacẽs ager foſſis adeò profundis & ampl cõcluſus,vt ab externa populatione & is tutus

Eoru

ſorum poſtremū qui in rure pagatim villatimq; Quartus
abitant,quiq; illud colūt, & propter hoc ruſtici Germanorum ſtatus
el rurales appellātur,ſi credere velint,ſatis miſe agricolarū
a & dura conditio eſt: ſeorſum ab aliis quiſq; cū eſt.
amilia & pecore ſuo humiliter viuit. Caſæ luto
ignoq; è terra paululū eductæ & ſtramine conte
tæ,domus. Panis cibarius,puls auenacea aut de
octum legumen,cibus. Aqua ſerumve potus.
Toga linea, perones duo & pileus fucatus, veſti Agricolarū
us. Gens omni tempore inquieta,laborioſa, im miſera conditio.
nunda. In vicinas ciuitates ad vendendū portat
quicquid tam ex agro q̄ ex pecore fructus perci
oit, ſibiq; ibi ediuerſo comparat quorumcunque Quid diebus feſtis
eget. Artifices enim ſecum habitantes nullos aut ruſtici agūt
paucos habet. In ſacra æde, quæ in ſingulis vicis
communiter vna eſt,feſto die ante meridiem om
nes cōueniunt, & à ſacerdote ſuo Dei verbum &
ſacra audiūt:poſt meridiem verò ſub tilia aut alio
publico loco,de ſuis rebus tractant.Iuniores poſt
ea modulante tibicine choream ducūt,ſenes petūt
cauponam & vina bibūt. Abſque armis in aper
tum virorū nullus vadit, gladiis ad omnem tem Ruſticorū
poris fortunam præcincti. Viros ſinguli pagi in magiſtri.
ter ſe eligunt duos aut quatuor, quos ruſticorum
magiſtros appellant, cōtentionum illi contractu
umq; ſequeſtres ſunt,& reipublicæ diſpenſatores:
adminiſtrare tamen nō habēt,ſed domini,aut qui
ab his eis præficiuntur barbaro nomine Sculteti. Sculteti pagorum præfecti.
Dominis crebro per annum ſeruiunt, rus colunt,
& ſemine conſpargunt, fructus metūt & horreis
importāt, ligna ſecant,domos ædificant,foſſas ef
fodiunt. Nihil eſt quod ſeruilis & miſera gēs ipſis
debere nō dicatur. Nihil etiam quod iuſſa facere
abſque periculo recuſare audeat, delinquens gra
uiter mulctatur.Sed nihil eſt genti durius,q̄ ꝙ pręſ
diorum

diorum quę poſſidet maior pars non ſua ſit,ſed
lorum à quibus certa frugum parte quotannis r
dimere debet. Et tales hodie in vniuerſum Ge
manorum mores ſunt,hi viuendi ritus.

## DE SAXONIA, SAXO-numq; & priſcis & recen-tibus moribus.

## CAPVT XIII.

Saxoniæ limites.

SAxoñia Germaniæ particularis regio,ab occ
ſu Viſera fluuio, aut vt alij volunt,Rheno te
minata:ad aquilonem Dacos habet, & mare Ba
teum: Francões ad meridiem, quibus Boioarij &
Boëmi obtendũtur: ad ortũ Pruteni. Intra quo
terminos q̃ multę gentes diuerſis nominibus ho
die includantur, ex ſupradicta Germaniæ deſcr
ptiõe intelligi poteſt, quas omnes Saxonici iur
eſſe volunt. Terra à Saxonibus populis nome
accepit, quos quidam reliquias Macedonici exe
citus,qui ſequutus magnum Alexandrũ immat
ra ipſius morte per totum orbem ſit diſperſus,eſ
dixerunt. Quidam eos à Britãnia quærendarum
ſedium cauſſa nauigiis digreſſos Germaniæ adn
uigaſſe, & propulſatis Thuringis eorum terrã o
cupaſſe. Erat enim Saxonica gẽs ab initio inqui
ta nimis, finitimorũ ſedibus infeſta, domi tame
pacata & ciuium vtilitatibus placida benignita
te conſulens. Generis quoque ac nobilitatis ſu
prouidiſſimã curam habens, nec facile vllis aliar
gentium vel ſibi inferiorũ connubiis infecta,pro
prium, ſyncerũ & tantum ſui ſimilem populũ fa
cere conata. Vnde habitus quoq; ac corporũ m
gnitudo, comarũ color tanquã in tanto numer
hominũ idem penè omnibus. Quatuor in gene
re differentias habuit,Nobilium, Liberorum,L
bertorũ atque Seruorum. Et id legibus cautum
erat

Saxões vnde ĩ Germaniam peruenere.

Differentiæ Saxonum quatuor.

rat,ne vlla pars ſuæ ſortis oblita,terminos in co-
pulandis cõiugiis tranſgrediatur.Sed nobilis no-
bilem ducat vxorem,& liber liberam,libertus cõ
iungatur libertæ,& ſeruus ancillæ. Quicũq; verò
contrà faciat,cũ vitę ſuæ id damno luat. Legibus
ad malefactorum vindictam optimis vtebatur.
Multa quoque vtilia, & ſecundum naturæ legem
honeſta in morum probitate habere ſtuduit, quæ
ſi ad veram beatitudinem promerendam ſuffeciſ-
ſent, ſi aliqualem creatoris ſui Dei Optimi Maxi-
mi notitiam habuiſſet. Frondoſis arboribus,fon
tibusque veneratione exhibuit, & trunco ligneo
non paruæ magnitudinis ſub diuo erecto, quem
patria lingua Irminſaul, Latinè vniuerſalem co-
lumnam dixit, quaſi omnia ſuſtinentem. Coluit
etiam Mercurium,cui certis diebus humanis ho-
ſtiis litabat. Deos ſuos neque templis includere,
neque humanæ ſpeciei aſſimilare, pro diuinitatis
magnitudine & dignitate licitum arbitrata eſt.
His lucos & nemora conſecrauit, ab illorumque
nominibus dixit. Secreta non niſi cũ maxima re-
uerentia contemplabatur. Auſpicia & ſortes gẽs
illa quàm maxime obſeruabat. Virgam frugiferę
arbori deciſam in ſurculos amputabat, eosq; no-
tis quibuſdam diſcretos ſuper candidam veſtem
temere ac fortuito ſpargebat. Mox ſi publica cõ
ſultatio fuit,ſacerdos populi: ſi priuata,ipſe pater-
familiâs precatus deos, cœlumque ſuſpiciens, ter
ſingulos tulit, ſublatisque ſecundum impreſſam
antea notam interpretatus eſt: & ſi prohibuerunt
nulla de eadem re ipſa die conſultatio erat. Si per-
miſſum eſt, euentuum adhuc fides exigebatur.
Auium voces volatusque interrogare,proprium
gentis erat. Equorum quoq; prȩſagia ac monitus
experiri, publice alebantur iiſdem in nemoribus
ac lucis

Leges quædam Saxonum.

Idololatriæ Saxones dediti.

Mercurius à Saxonib⁹ obſeruatus.

Auſpicia & ſortes.

Equorũ prȩſagia & monitus experiebãtur Saxones.

ac lucis candidi, & nullo mortali opere contact:
quos preſſos ſacro curru ſacerdos vel rex pricep
ve ciuitatis comitabantur,atq; hinnitus ac frem
tus obſeruabāt, nec vlli auſpicio maior fides adh
bebatur non ſolum apud plebem,ſed apud proc
res etiam atq; ſacerdotes. Eos enim miniſtros de
rum eſſe, & diuinorū conſiliorum conſcios crec
bant. Erat & alia auſpiciorū obſeruatio genti
vſu, qua grauium bellorum euentus exploraba
eius videlicet gentis cū qua bellandum fuit,cap
uum quenq; interceptum compellendo cum el
cto popularium ſuorum decertare: victoria huit
vel illius pro præiudicio accipiebatur. Carolı
Magnus diutino bello gentē omni impietate al
iecta Chriſtianam fidem aſſumere coëgit, quā c
hodie cum cæteris Germanis religioſiſſime obſ
uat. Regio multis auguſtiſſimis & ſumptuoſiſ
mis baſilicis, templis & cœnobiis clara,quod A
berſtadio eſt beatæ virgini ſacrum, prophanis n
patet, tantum initiati ſubeunt. Inducitur tam
vnus aliquis è populo cinericio die, hominū op
nione nequiſſimus: hunc velato capite, pulla veſ
ſacris admouent, quibus ritè peractis templo ei
citur: eiectus toto ieiuniorū tempore nudis calc
bus vrbem pererrat, diuorū templa viſitabūdu
Sacerdotes illi victum ſuggerūt, mox in domin
ca cœna iterū templo inductus, poſt olei conſecr
tionem ab vniuerſo clero expiatus dimittitur el
moſyna prius accepta, quā pie offert templo: hū
Adam vulgô vocant, quia vt protoplaſtus ille
vacat crimine, per eumq; ciuitas creditur expiat
Eſt ager Saxonicus rerum omnium prçterquā v
ni ferax, argēti atque æris foſſiones multas habe
Ad Goſlariam & pleriſq; aliis locis ſalem ex fo
tium quorundam aquis albiſſimū coquunt, &
ctig

Alia auſpiciorum captatio.

Templum in Alberſtadio.

Mirandus ritus.

Sal Saxonicum.

:igal ingens percipiunt. Hordeum & triticum ſe
ınt, ex quibus non ſolum candidiſſimum panem
ficiunt, ſed etiam ob vini caritatem potum Cer
ſiam, quę adeô ſitiēter & immodeſtè ab ipſis bi
tur, vt vbi in ſympoſiis conuiuiisq; pocillato
s nec hyalis nec cantharis ſat infundere poſſint,
pletum mulctrale apponant, & ſcutella iniecta
ortentur quemq; pro libito potare. Dictu incre
bile eſt, quantū huius liquoris in ſe immodeſtiſ
na gens capiat, quantū mutuo ad bibendum co
ınt & hortentur: non ſus, non taurus tantum in
ırgitaret. Non ad ebrietatem atque vomitum
ɔtaſſe ſufficit, ſed rurſus ad ſobrietatem dies no
ibus, noctes diebus continuantes. Qui cunctos
ɔtando ſuperat, is nō ſolum laudem & gloriam
portat, verūetiam pro quo contenderūt, ex be
olentibus herbis aut roſis fertū, aut quid aliud
pręmium. Serpit ab illis eheu perditus mos ſe
n totā Germaniam, vt eo modo etiam iam for
ſima vina bibantur, cū ineffabili malo. Hoſpiti
l alteri eum locū in quo bibitur ſubeunti, potū
otquot habent, aſſurgunt: & porrecto poculo
combibendū officioſiſſime hortātur. Inimicus
ɔitratur, qui ſæpius inuitatus non prætēta cauſ
ōpotare recuſat: cæde nonnunquam & multo
guine hoc dedecus expiatur. Cibatu Saxones
ɾo & inconcinno vtuntur, lardum, aridæ hilæ,
ɔæ crudæ, butyrum ſalſum & nondum adhuc
uatum peculiaris genti cibus. Dominicis die
s in pleriſq; locis coquunt, quo per hebdoma
n veſcantur. Infantes non vt apud nos pulte,
: farina & lacte cōcinnatur, nutriuntur, verum
idiori cibo, qui bene maſticatus à nutricibus
leglutiendum tenello ori immittitur. Vnde
ones tali cibo in tenera ætate aſſueti, & tole

N rantio

Ceruiſia Saxonib9 potus.

Hoſpites excipiūtur potu.

Saxonum cibus.

Infantium nutrimentum.

Lingua Saxonum. rantiores redduntur & validiores. Linguam p
culiarem habent. Veſtitum & cætera cũ aliis G
manici ſanguinis indiſcreta.

## DE VVESTVALIA ET iudicio Vueſtualis à Carolo commiſſo.

## CAPVT XIIII.

Vueſtualiæ fines. VVeſtualia Saxoniæ limitibus incluſa, Rher
ab occidente habet: Viſurgum, qui etiam V
ſera dicitur, ab oriente: à ſeptẽtrione Phryſiam
Holandiam, meridiem Haſſiæ montes excipiun
Obnobĳ montes. quos Obnobios Ptolemęus appellare videtur,
Amaſis fluuius quibus Amaſis fluuius oritur, qui Padeburnã
Monaſterium nõ ignobiles ciuitates mediam f
mè prouinciam interſecat, & per Phryſiam def
Sala fluuius. ens fertur in mare: Sala quoq; Druſi, qui Augu
priuignus fuit, clade celebris. Hęc regio o'im,
Strabo ſcribit, à Bructeris inhabitata eſt. Alĳ à S
cambris dicũt. Hos populos Carolus Franco
rex, qui Magni cognomen tulit, bello victos p
mum ad Chriſtianã fidem cõpulit: cæterũ quu
ſæpius rebellarent, repetitoq; idolorũ cultu Ch
ſti religionem ſpernerent, nec iuſiurandũ quou
Occulti iudices à Carolo inſtituti. modo aduerterent, vt metu pœnæ gentis temer
tatem Carolus compeſceret, occultos iudices i
ſtituit: quibus poteſtatem dedit, vt quamprim
deieraſſe aliquem comperiſſent, aut fregiſſe fide
aut aliquod aliud ſcelus perpetraſſe, mox illũ v
primum comprehendi poſſet, pro arbitrio nec
rent, nulla citatione aut expurgatione præuia:
ros graues ac iuſtos elegit, qui plectere innocẽt
haud ab re poſſent. Terruit ea res Vueſtualos,
demũ in fide continuit, quum ſæpe in nemoribu
& proceres & mediocres viri laqueo ſuſpenſi i
uenirentur, nulla accuſatione prius audita; quęre
tibu

bus tamen cauſſam,conſtabat fidem fregiſſe aut agnum aliquod ſcelus commiſiſſe. Id iudicium noſtram vſque ætatem perdurat, vocaturq; ve um. Qui ei præſunt,Scabini appellantur: qui is tanta prçſumptio eſt,vt etiam per totam Ger aniam iuriſdictionem ſuam extendi velint. Se tos ritus habent & arcana quędā inſtituta qui is malefactores iudicant,ea nondum quiſquam ertus eſt,qui vel pretio vel metu reuelauerit. ſorum quoque Scabinorum maior pars occul eſt, qui per prouincias diſcurrentes crimino s notant, & inferentes iudicio accuſant pro ntque vt eis mos eſt. Damnati libro inſcribun t, & iunioribus Scabinis committitur exequu . Rei ignari ſuæ damnationis vbicūque reperi tur, ſupplicio afficiuntur. Degenerauit autem die iudicium, nam & viles interdum perſonæ mittūtur,&ciuilia negotia tractare audent,qui s erat ſolū de criminalibus permiſſa poteſtas. gio eſt admodum frigida, vini & frumenti in s. Pane veſcuntur nigro, ceruiſia potus eſt. nū quod Rheno aduehitur magno emitur pre ,eo tantum opulenti & rarò tamen vtuntur. llicoſi indigenæ atque ingenioſi. Vnde inole prouerbium: Vueſtualiam vitioſos ac fallaces mines potius gignere, quàm ſtultos. Præſuli lonienſi parent.

Iudicium vetitum ſiue occultū.

Regionis Vueſtualię conditio.

## DE FRANCONIA, ET Francorum multis ritibus.

## CAP. XV.

Ranconia ſiue Frācia oriētalis Germaniæ pars & ferè meditullium,à Sycambris quibus Va tiniani Cęſaris tempore ob Halanos deuictos ncorū nomen cōtigit,appellata.Sueuiā & Ba riam à meridie habet,Rhenus illi occiduus eſt.

Franconiæ extremitates.

ab ortu Boëmi accolũt, Haſſi & Thuringi Sax
niæ populi à ſeptentrione. Regio latis ac denſi
mis ſyluis, aſperiſq; montibus clauſa, difficult
adiri poteſt. Intus plana eſt innumeris turritis
Hercynia ſylua Franconiã claudit. pidis, caſtris & pagis exculta. Sylua quæ Herc
nia dicitur æditiſſimis iugis per circuitũ obfirm
eam veluti natiuo muro ambit. Moganus naui
bile flumen, Sala, & Thuberus, Neccharus etia
perlabũtur. Valles in quibus decurrũt amplæ
Vinũ Franconicum. profundę ſunt, earumq; vtraque latera vitibus
ſita, vinum producũt, quod ob ſui prȩſtantiam
remotiſſimas gentes tranſportatur. Terra prę
quàm ea pars quę Norica hodie vocatur, atq; v
fluminibus vicinior eſt, arenoſa nimium non e
vt Æneas Syluius ſcriptum reliquit, nec nimiu
etiam filicoſa. Fertilis omnis eſt, hordeum, tri
Fertilitas Franconiæ. cum, & omne frumentũ legumenq; ſatum mul
cũ fœnore reddit. Nulla Germaniæ prouincia p
res & maiores cępas gignit, nulla grandiora ra
Liqueritia Glycerhyſa & caulis capita. Adde Glycerhyſam radicẽ m
leam, quę in Babenburgenſi agro tanta copia e
ditur, vt ingentes currus ea onerari videas.
etiam vndecũq; terra cultiſſimis pomariis & p
tis amœna. Hominibus omnigeniſq; pecorib
abundans. Eſt piſcatio propter fluuiorũ copia
multa, maior tamen venatio. Ferę in nemorib
à principibus fouentur, aperta ſtabula hę pluri
habent in quibus hyemis tempore pabulũ &
terdum ſal accipiunt, ſeq; à cœli inclementia tut
tur: eas captare aut ſaltem perſequi, priuatorũ
Franconiæ principes. mini cõceſſum. Principes quibus Franconia ſ
iecta eſt, quinque ſunt: Burggrauius Nornberg
Ẽps Herbypoleñ. Franconiæ dux. ſis, Comes Palatinus Rheni duo ſęculares: Bab
bergenſis, Herbypolenſis, Maguntinenſis tres
cleſiaſtici. Herbypolẽſis terrę ducatũ habet, qu
du

um ſacris operatur in altari, denudatū gladium
abet atq; vexillum. Is die quo Metropolim pri
num cathedramq; epiſcopalem poſſidere intēdit,
ro more ciuitatem ipſam ingenti ac exquiſitiſſi-
no equitatu accedit. In quam admiſſus, intra por
s de equo deſcendit, & paludamento omni abie
o griſeam & vilem tunicā induit, funeq; pręcin
t, atque in ea palmis & capite nudus humiliter
baſilicā ad patres cōcanonicos aſcendit, quibus
delitate promiſſa in cathedram ſublimatur. Du-
tur tamen prius ad Epiſcopi cuiuſdam ſtatuam,
biq; ſerio admonetur, vt talem agere velit qualis
e fuerit: qui ex humili & abiecto ſcholaſticulo,
er diſcordiam cōtemptumq; electus, eccleſiæ ſta- Epiſcopatū
um optime adminiſtrauit. Huic cathedrę nullus Herbypolē-
Ducibus aut etiā Comitibus progenitus præ- ſem quis ad
citur, ſed qui ex inferiori nobilium ordine ſint. miniſtret.
lō ꝗ principem ſuſtentare nō poſſit, quum opu-
nta & potens ſatis exiſtat, verum vt Epiſcopa-
s apud eos permaneat, ex quibus maior Cano- Prępoſitura
corum pars conſtet. Eſt etiam Herbypolenſis Herbypo-
cleſiæ præpoſitura inſignis, quā quoties nouus lenſis.
oſſeſſor intrat, debet ille in multis per regionem
gis, ob decimā quam in his habet, referta vino
gentia dolia in publicū ſtatuere, & ſcutellas ali-
uot imponere, ex quibus quicūque velit bibere Francones
oſſit. Franconiæ gens à cæteris Germanis & ha à cæteris
tu & corpore nihil differt. Laboris patiētiſſima Germanis
t, in vinetis colendis tam viri ꝗ mulieres exercē nihil diffe-
r: nemini ocium datur. Vinum quod inde per- runt.
pit, ob domeſticā egeſtatem vulgò vendit: ipſa
quam bibit. Ceruiſiam contemnit, nec facile ad
deferri permittit. In Herbypoli ieiuniorū tan-
mmodo tempore, & extra ciuitatem in nauali-
us hęc venditur: vt hi qui tum ſe à vino abſtinēt

Ceruiſia cõ temnitur à Frãconibus

eam aquæ loco habeant. Inſolens gens eſt ſupe baq;, multũ ſibi arrogans, multũ prǽſumens, alia nationes contemnit: cauillisq; adeò plerũque pr ſequitur, vt qui cũ ea morãtur, niſi lingua prod patriam ſuam non dicant. Eos qui hęc patient ferunt, facile ſecũ commorari patitur, et veluti p hoc approbatos coniugiis admittit. Vnde mul ti Sueui, multi Bauari Haſſiq; in Franconia hab tant. Ad Dei inſuper cultum propenſa eſt, duo t men non mediocria vitia ſunt, quibus plus ſat hodie gens illa indulget, blaſphemia videlicet latrocinium: illud decorum, hoc honeſtũ reputã & ſibi ex longo vſu licitum. Multos mirand ritus obſeruat, quos ideo referre volo, ne quæ externis ſcribuntur inanes fabulę æſtimentur. trium quintarum feriarũ noctibus, quæ proxim domini noſtri natalem prǽcedũt, vtriuſque ſex pueri domeſticatim eunt ianuas pulſitantes, ca tantesq; futurum ſaluatoris exortum annuntia & ſalubrem annum. Vnde ab his qui in ædib ſunt pyra, poma, nuces & nummos etiam perci unt. Quo CHRISTI IESV natalem g dio in templis non clerus ſolum, ſed omnis po lus excipiat, ex hoc attẽdi poteſt, quòd puerili ſ tuncula in altare collocata, quę nuper æditum r præſentet, iuuenes cum puellis per circuitum t pudiantes choreas agant, ſeniores cantent mo haud multũ ab eo quidem diuerſo, quo Coryb tes olim in Idææ montis antro circa Iouem vag entem exultaſſe fabulantur. Kalendis Ianua quo tempore & annus & omnis computatio n ſtra inchoatur, cognatus cognatum, amicus an cum accedunt, & conſertis manibus inuicem nouum annũ proſperitatem imprecantur, diem illum feſtiua cõgratulatione & compotatione

In Frãconia multi adue næ.

Duobus vitiis Frãcões obnoxij.

Mos in qn tis feriis an te Chriſti natalem.

Mos ĩ Chri ſti natali.

Corybãtes circa Iouẽ.

ducu

ducunt. Tunc etiam ex auita conſuetudine vltrò citroq; munera mittũtur, quæ à Saturnalibus quę eo tempore celebrabantur, à Romanis Saturnalitia, à Græcis Apophoreta dicta ſunt. Hunc morem anno ſuperiori ego ità verſificaui. Chriſte patris verbum, &c.

Natalemq; tuum celebrantes octo diebus,
Concinimus laudem perpetuumq; decus.
Atque tuo exemplo moniti munuſcula notis,
Aut cappum pinguem mittimus, aut leporem
Aut his liba damus ſignis & imagine preſſa.
Mittimus aut Calathis aurea mala decem,
Aurea mala decem buxo criſtata virenti,
Et variis caris rebus aromaticis.

In Epiphania Domini ſingulę familiæ ex melle, farina, addito zinzibere & pipere libũ conficiũt, et regem ſibi legũt, hoc modo: Libũ materfamiliàs facit, cui abſq; conſideratione inter ſubigendũ denarium vnum immittit, poſtea amoto igne ſupra calidũ focum illud torret, toſtũ in tot partes frangit, quot homines familia habet: demũ diſtribuit, cuique partẽ vnam tribuens. Adſignantur etiam Chriſto beatæq; Virgini & tribus Magis ſuę partes, quę loco eleemoſynę elargiuntur. In cuius autem portione denarius repertus fuerit, hic rex ab omnibus ſalutatus in ſedem locatur, & ter in altũ cũ iubilo eleuatur: ipſe in dextra cretam habet, qua toties ſignum Crucis ſupra in triclinij laqueariis deliniat, quę Cruces quòd obſtare plurimis malis credantur, in multa obſeruatione habentur. Duodecim illis noctibus, quę Chriſti natalem Epiphaniamq; intercurrunt, nulla ferè per Franconiam domus eſt quę ſaltem inhabitetur, quę thure aut aliqua alia redolenti materia aduerſus dæmonum incantatricumque inſidias non ſubfumigetur.

In Epiphania domini domeſticatim rex eligitur.

Quõ rex eligatur.

Ædes ſubfumigantur.

Quo item modo tres prçcedentes quadrageſimale ieiunium dies peragat, dicere opus nõ erit, ſi cognoſcatur qua populari, qua ſpontanea inſania cætera Germania, à qua & Franconia minime deſciſcit, tũc viuat. Comedit enim & bibit, ſeq; ludo iocoq; omnimodo adeò dedit, quaſi vſui nunquã veniant, quaſi cras moritura hodie prius omnium rerum ſatietatem capere velit. Noui aliquid ſpectaculi quiſque excogitat, quo mentes & oculos omnium delectet admirationeq; detineat. Atque ne pudor obſtet, qui ſe ludicro illi committũt, facies laruis obducũt ſexum & ætatem mentientes viri mulierũ veſtimenta, mulieres virorũ induũt. Quidam ſatyras aut malos dęmones potius repręſentare volentes, minio ſe aut atramento tingunt habituq; nefando deturpant. Alij nudi diſcurrentes, Lupercos agunt: à quibus ego annuum iſtum delirandi morem ad nos defluxiſſe exiſtimo. Nõ enim multum diuerſus eſt à Lupercalibus ſacris quę Lycæo Pani in menſe Februario olim à nobiliſſimis Romanorũ iuuenibus celebrabantur, qui nudi facieſq; ſanguine fœdati per vrbem vagantes, obuios loris cædebant, quos noſtri ſaccis cinere refertis percutiunt. In die cinerum mirum eſt quod in pleriſq; locis agitur. Virgines quotquot per annum choream frequẽtauerunt, à iuuenibus cõgregantur, & aratro pro equis aduectæ, cũ tibicine, qui ſuper illud modulãs ſedet, in fluuium aut lacũ trahuntur. Id quare fiat non planè video, niſi cogitem eas per hoc expiare velle, ꝙ feſtis diebus contra eccleſiæ pręceptũ à leuitate ſua nõ abſtinuerint. In medio quadrageſimæ, quo quidem tempore ad lætitiam nos eccleſia adhortatur, iuuentus in patria mea ex ſtramine imaginem contexit, quæ mortem ipſam (quemadmodũ depingitur) imitetur

Carnis priuij dies.

Germani annuatim inſaniunt.

Lupercalia

Mos in cinerũ die.

Mos in medio quadrageſimę.

tur: inde haſta ſuſpenſam in vicinos pagos vociſe rans portat. Ab aliquibus perhumane ſuſcipitur & lacte piſis ſiccatisque pyris, quibus tum vulgo veſci ſolemus, refecta domum remittitur. A cæteris quia malę rei, vtputa mortis, pręnuntia ſit, humanitatis nihil percipit, ſed armis & ignominia etiam adfecta à finibus repellitur. Eodem tempore & talis mos obſeruatur. Intexitur ſtramine vetus vna lignea rota, atque à magno iuuenũ cœtu in æditiorem montem geſtata poſt varios luſus, quos in illius vertice illi toto die, niſi frigus impediat, celebrãt: circiter veſperam incenditur, & ita flammans in ſubiectam vallem ab alto rotatur, ſtupendum certe ſpectaculũ præbet, vt plerique qui prius nõ viderint, Solem putant aut Lunam cœlo decidere. In Paſchate vulgò placẽtæ pinſuntur, quarũ vna interdum duæ, adoleſcẽtibus vna, puellis altera à ditiori aliquo proponuntur, pro quibus in prato, vbi ante noctem ingẽs hominũ concurſus fit, quiq; agiles pedeſtres currant. Ad parrochialium templorũ dedicationes, quę Chriſtiano inſtituto quotannis feſtiuo gaudio & commeſſatione à totis pagis peraguntur, adoleſcentes ex aliis locis nõ templa, ſed choreas viſitaturi cum armis & tympano, veluti ad pugnam: quã & ſæpius aut inueniunt, aut ſuſcitant, turmatim eunt, redeuntq; capitibus ob id multoties cruentantibus. Tribus illis diebus, quibus apoſtolico inſtituto maiores letaniæ paſſim per totũ orbem peraguntur, in plurimis Franconiæ locis multę cruces (ſic enim dicunt parochianos cœtus quibus tum ſanctę crucis vexillũ præferri ſolet) conueniunt. In ſacriſq; ædibus nõ ſimul & vnam melodiam, ſed ſingulæ ſingulam per choros ſeparatim canũt: & puellæ & adoleſcentes mundiori quique habitu ami-

In Paſchate ritus.

In eccleſiarum dedicationibus ritus.

Rit9 in maioribus ſupplicatiõib9.

tu amicti frondentibus ſertis caput coronat omneis,& Scipionibus ſalignis inſtructi.Stant ſ crarum ædium ſacerdotes diligenter ſingularun cantus attendentes,& quãcunq; ſuauius cantar cognoſcunt illi ex veteri more aliquot vini con chos dari adiudicãt.Penthecoſtes tempore vbiq ferè hoc agitur:conueniunt quicunq; equos ha bent,aut mutuare poſſunt,& cum dominico cor pore quod ſacerdotum vnus etiã equo inſidien collo in burſa ſuſpenſum defert,totius agri ſui li mites obequitant cantãtes ſupplicanteſq; vt ſeg tes deus ab omni cœli iniuria & calamitate con ſeruare velit.In die ſancti Vrbani vinitores in fo ro aut alio publico loco menſam locant, mappis fronde,& plurimis redolentibus herbis inſtruũt deſuper ſtacunculam beati pontificis ſtatuentes quam ſi dies ſerena eſt,largo vino coronãt,& om ni honore proſequuntur,ſi verò pluuialis id non ſolum non faciunt,ſed luto proijciunt,& aqua im modica perfundunt:perſuaſum enim habent, illi us diei tempeſtate auſpicioq; vinum tunc flore ſcens & augmentari & diminui. In nocte ſancti Ioannis Baptiſtæ in omnibus ferè per Germani vicis & oppidis publici ignes parantur,ad quem vtriuſq; ſexus iuuenes & ſenes conuenientes cho reas cum cantu agunt: multas etiam ſuperſtitio nes obſeruant. Artemeſia & verbena coronati in manibus flores,qui à ſimilitudine calcaris milita ria calcaria dicuntur,geſtãtes,ignem,niſi per eos, non aſpiciunt,oculos id per totum annum à lan guoribus conſeruare credunt. Qui abire intendit ille herbas,quibus,vt dixi,præcinctus fuit,igni in ijcit,dicens,abeat & comburatur cum his omne infortunium meum. Ante arcem in monte,qui v bi Hiperboli ſupereminet ab epiſcopi aulicis,etiã

igni

Pẽthecoſtes tempore ritus.

Ritus in die ſancti Vrbani.

In vigilia ſancti Ioannis ritus varij.

gnis ſit,cui orbiculi quidam lignei perforati im- ponuntur,qui quū inflammantur, flexilibus virgis pręfixi,arte & vi in aërem,ſupra Moganū amnem excutiuntur: Draconē igneum volare putāt, qui prius non viderunt. Fiunt eodem tempore figulino opere ollæ quædam, ita multis foraminibus diſciſſæ perforatæq;,vt partes vix ſibi cohæreant,puellæ illas emunt, & purpurearum roſarū foliis obductus impoſito lumine ex domorum culminibus pro lucerna ſuſpendunt. Tunc temporis adoleſcentes pagis totas pinos inferūt:quarum inferioribus ramis abſectis,ſuperiores ſpeculis,vitris,ſertis,bracteolisq; ſplendicantibus exornant,arborem terræ infixam per totam æſtatem ita ſtare ſinunt. Autumni tempore quum vuæ iā maturæ ſunt,non anteà vindemiare cuiquàm conceſſum, quàm domini quibus decima debetur hoc permiſerint: non enim ille hodie,cras alter legit,ſed quotquot in vno colle vina habent, vno vel duobus diebus omnes omnia abſcerpunt,indicitur hodie in illo,cras in altero legendum: decimæ in vallibus ſub vinetis excipiuntur,qui tardius,quàm iuſſum eſt,vindemiare volunt non ſolum cum licentia facere debent,ſed etiam ſuis expenſis decimam in domini torcular inferre. Herbipoli cuiq; vindemianti ob exhibitam credo in decimando infidelitatem iuuenis addicitur,qui diligenter notet,& iubeat etiam,vt quodq; decimū vas lectum abſq; fraude domino ſuo tribuatur. Finita vindemia hi pueri omnes in campo conuenientes ſinguli ſe de ſtramine,quod ad hoc aduectū eſt,vna aut duabus facibus armant, quibus ſub noctem incenſis cantantes ciuitatem ingrediuntur: Hoc more autumnum ſe expurgare atq; exuere dicūt. Martini & Nicolai ſanctorū pręſulum

Ollæ cum luminibus ſuſpēdūt.

Arbores frondētes pagis inuehuntur.

Vindemiādi ritus.

vtrorūq;

In feſtis ſanctorũ Martini & Nicolai ritus.

Vtrorunq; dies miro gaudio, mira feſtiuitate Franconiæ gens colit, diuerſimode tamen, in ſacris ædibus & altari hęc, illa in menſa & popinis. Nemo per totam regionem tantá paupertate premitur, nemo tanta tenacitate tenetur, qui in feſto ſancti

In feſto ſancti Martini

Martini non altili aliquo, vel ſaltem ſuillo vitulinove viſſere aſſato veſcatur: qui vino non remiſſius indulgeat. Quilibet enim tũc noua vina ſua à quibus ſe adhuc vſque abſtinuit, deguſtat et dat deguſtare, omnia. Erogantur in Herbypoli & pleriſq; locis hac etiam die pauperibus ex pietate vina. Spectacula publica edũtur, duo aut plures frendentes apri circo includuntur, vt mutuò ſe exertis dentibus viſceratim diſſecẽt, quorum carnes vbi vulnerati conciderint, partim plebi, partim pote-

In die ſancti Nicolai.

ſtatibus diuiduntur. In die verò ſancti Nicolai adoleſcentes qui diſciplinarum gratia ſcholas frequentãt, inter ſe tres eligunt: vnum, qui epiſcopũ: duos, qui diaconos agant. Is ipſa die in ſacram ædem ſolenniter à ſcholaſtico cœtu introductus, diuinis officiis infulatus præſidet: quibus finitis, cũ electis domeſticatim cantando nummos colligit, eleemoſynam eſſe negant, ſed epiſcopi ſubſidi-

Pueri ieiunant.

um. Vigiliam diei pueri à parentibus ieiunare eo modo inuitãtur, quòd perſuaſum habeant ea munuſcula quę noctu ipſis in calceos ſub menſam ad hoc locatos imponuntur, ſe à largiſſimo præſule Nicolao percipere. Vnde tanto deſyderio plerique ieiunant, vt quia eorum ſanitati timeatur, ad cibum compellendi ſint.

Et tales hodie Franconum famoſi mores ſunt, tales annui ritus.

DE

## DE SVEVIA, SVEVOrumq; moribus & priſcis & recentibus.
## CAPVT XVI.

SVeuia Germaniæ prouincia, ætate noſtra iſtis finibus deſcribitur: ab oriente Baioariis, ab occaſu Alſatenſibus & Rheno iungitur, Alpium iuga á meridie habet, á ſeptentrione Franconiam. (*Sueuiæ fines.*)

A Sueuis populis dicta, qui ex ea Scythiæ parte quę hodie Liuonia & Pruſſia eſt digreſſi, ibi cõſederunt autore Antonio Sabellico, & confirmare iſtud Lucanus videtur, inquiens: (*Sueui vnde in Germaniam venerunt.*)

Fundit ab extremo flauos aquilone Sueuos.

Alemannia prius nominata fuit á lacu Lemanno, qui & Lauſanenſis vocatur. (*Sueuia olĩ Alemannia*) Suprema portio totius Germaniæ Sueuia eſt, duobus clariſſimis fluminibus Rheno & Danubio irrigatur: quorũ alter modico fluxu in occidentem oceano miſcetur. Hic e diuerſo in orientem per innumeras gentes volutatus pontum influit. Terra partim plana, partim montoſa. (*Sueuię conditio.*) Ager fertilis cuius nulla pars inculta iacet, prę̨ter quam aut lacus aut mõtes vel ſyluæ occupãt. Nemora in ea multa, & ob id genti venatio frequens, aucupium peculiare, frumentorum abundantia, pecorũ magna vis. Conualles plurimę perennibus riuis clariſſimę vndique amnes procurrũt, qui ſe vniuerſi in Rhenum & Danubium exonerant. (*Laudes Sueuiæ*) Tota inſuper prouincia ſalubritate gaudens, celebratiſſimis vrbibus, vicis & caſtellis referta. Arces excelſę natura & arte munitæ, & quod ad Chriſtianã religionem pertinet, pulcherrimis atque ditiſſimis templis, collegiis, monaſteriis uariorũ ordinum ſexus vtriuſque, baſilicis, parochialibusq; eccleſiis eſt exornata. Circa montes ferrũ, argentum & metalla procreat.

Gens

Gens populoſa,fortis,audax,& bellicoſa,procer corpore,flauo crine,venuſta facie,& decora, ingenio ſingulari pdita: pſtātiſſima Germanorū à Plutarcho dicta.Cuius gloria eouſq; creuiſſe memoratur,vt virtute & armis Imperium orbis meruerit,illudq; vltra vnius ſeculi ſpacium magnificētiſſimè tenuit.Sed viduata poſteà ſuis principib' neſcio qua fortunæ iniquitate dicam aut ignaui mox ſubſtitit,quaſi non extet,quo famam ſuam extendere,aut quod minus eſt tueri poſſit .Caius Iulius Cæſar in quarto commentariorum de ha ita ſcribit.Sueuorum gens lōge maxima ac bellicoſſiſſima Germanorū omnium centum pagos habere dicuntur,ex quibus quotannis ſingula milia armatorum bellandi cauſſa è finibus educuntur reliqui,qui domi remanſerint ſe atq; illos alunt . H rurſus inuicem anno poſt in armis ſunt,illi domi remanent:ſic nec agricultura,neq; ratio,atq; vſus belli intermittitū,ſed priuati ac ſeparati agri apud eos nihil eſt: Neq; longius anno remanere vno in loco incolendi cauſſa licet.Nō frumento ſolū , ſed vulgo lacte & pecore viuūt multūq; ſunt in venatione,quę res & cibi genere & quotidiana exercitatione & libertate vitæ(quôd à pueris nullo officio aut diſciplina cōſuefacti nihil omnino cōtra voluntatē faciant)& vires alit & immani corpore homines efficit:atq; in eam ſe conſuetudinem adduxerunt,vt ſub cœlo frigidiſſimo habitantes neq; veſtem vllam pręter pelles habeant,quarum propter exiguitatē,maior corporis pars nuda & aperta eſt,lauantur in fluminibus. Mercatoribus eſt ad eos aditus magis,eò q quæ bello cœperūt vendant,quàm vt aliquam rem ad ſe deferri deſyderent:quinetiam iumentis, quibus Galli maximè delectātur,quęq; impenſo parāt precio , German

Margin notes: Prętſtātiſſimi Germanorū Sueui. — Antiqui Sueuorum mores. — Centū Sueuorū pagi. — Victus Sueuorū ex pecore. — Veſtitus Sueuorum pelles erāt.

nani nō vtuntur,ſed quę apud eos ſunt & natu-
a praua,& deformia:hęc quotidiana exercitatio-
ne ſummi vt ſint laboris efficiunt.Equeſtrib⁹ prę-
ijs ſępe de equis deſiliunt,ac pedites pręliātur: &
eos eodē veſtigio remanere edoctos,vbi vſus eſt,
celeriter repetunt.Neq; moribus ſuis quicquā in-
honeſtius aut inertius putāt,quàm ephippijs vti.
Itaq; ad quemuis ephippiatorum equitum nume
rum(quāuis pauci)adire audent,Vinum ad ſe im
portari omnino non ſinunt,quod ea re ad laborē
ferendum remolleſcere homines atq; effœminari
arbitrentur.Publicę eſſe laudis putant quàm latiſ-
ſimè à ſuis finibus vacare agros, hac re ſignificari
magnum ciuitatum numerum ſuam vim ſuſtine-
re non poſſe,propter quod vna parte à Sueuis cir-
citer mille ſexcentorum paſſuum agri vacare di-
cuntur.Cornelius Tacitus,vbi de Germaniæ ſi-
tu & gentis moribus ſcribit,de Sueuis ita refert:
Maiorem inquiens Germani partem proprijs ad-
huc nationibus nominibusq; diſcreti ſunt, quan-
quam in communi Sueui vocentur. Inſigne (in-
quit)gentis eſt obliquare crinem nodoq; ſubſtrin
gere:ſic Sueuia à cæteris Germanis,ſic Sueuorum
ingenui à ſeruis ſeparantur:apud eos vſq; ad cani-
tiem horrentem capillum retro ſequuntur, ac ſæ-
pe in ipſo vertice religant,principes ornatiorem
habent.Statuto tempore in ſyluam augurijs pa-
trum & priſca formidine ſacram omnes eiuſdem
ſanguinis populi legationibus coëunt, cæſoque
publicè homine celebrant,barbari certè ritus hor
rendaq; primordia.Eſt & alia luco reuerentia.Ne-
mo niſi vinculo ligatus ingreditur, vt minor, &
numinis poteſtatem præ ſe ferens:ſi fortè prolap-
ſus attolli & inſurgere haud licitum,per humum
euoluuntur, eoque omnis ſuperſtitio reſpicit,
tanquā

Ephippijs nō ſunt vſi Germani. Vinū ad ſe importari nō patiebā tur Sueui.

Germani cōmuni nomine Sueui appellati.

Crinē nodo ſubſtringebāt Sueui.

Sacrificādi Sueuorum ritus.

Superſtitio gẽtis admiranda. | tanquam inde initia gẽtis, vbi regnator oĩm de
cætera ſubiecta atque parentia. Pars quoq; Sue
uorum vt idem Cornelius habet, Iſidi ſacrificat.

Iſidi ſacrificabãt Sueui | Peculiaria cætera Germanis & ipſis ſunt comm
nia. Verum enimuero nõ ſolum apud Sueuos, ſe
& apud omnes ferè gentes mutati ſunt mores: &
quod dolendũ plurimum eſt, ferè in peius. Nar

Recẽtiores Sueuorum mores. | hodie potentiores Sueuorũ ferè omnes mercatu
ræ vacant, ſocietatem ſiue confœderationem vn
multi ineunt, ac certam pecuniæ ſummã quiſqu
ponit, qua non ſolũ aromata, ſerica, atq; alias pre
tioſas merces, quę ad nos à tranſmarinis & rem
tiſſimis regionibus tranſuehũtur, emunt: ſed vili
etiã vt cochlearia ſunt, acus, ſpecilla, pupæ, & hu
iuſmodi: præemũt etiam vina & frumenta, quo
ego tamen non laudo: quum id nõ minus opifici
bus & agricolis graue damnoſumq; ſit (qui ſua a
te tempus gryphonibus iſtis ne potius dicam ve

Mercatores Sueuorum Germanicę reipublicæ damnoſi. | mercatoribus vendũt, quæ poſtmodũ neceſſitat
cogente duplo ære redimere ab ipſis debent) q̃ t
ti prouinciæ: quæ, quibuſcũque indiget, non apu
vicinas gẽtes, à quibus minori pretio habere po
ſit, accipere debet (ſic enĩ à corruptis munere pri
cipibus impetratum) ſed ab illis in Stutgardia, au
aliâs vbi emporia habent. Ipſi tamen per ſe nõ ne
gotiantur, ſed cõmunibus ſeruitiis, qui contract
rurſus pecuniam vnà cum lucro congregãtes, ce
to tempore rationem ponunt, ſingulisq; domin

Oĩs Sueuia in lino operatur. | rum lucri partem fideliter præbent. Priuati Sue
uorum nulla alia re, nullo artificio magis occupa
tur, q̃ lini operatione, cui adeò incumbunt, ade
dediti ſunt, vt in quibuſdã Sueuiæ locis nedum
mulieres & puellæ, ſed adoleſcentes & viri hye
mis tempore colo admouentur. Panni genus fa
ciunt, cuius tela linea eſt, intextum bombycinũ

Pargat

Pargath illud vocantes: faciunt & totum lineum quod Golſch appellant. Compertũ habeo, apud Vlmenſes ſolum quotãnis vtriuſque generis pannos parari centum milia, ex quo quiſque cõiectu rare poteſt q̃ incomprehenſibilis incredibiliſque ſumma in tota regione elaboretur. Ad remotiſſimas nationes iſti panni tranſuehũtur, & maxime bis in anno ad emporium Franconafordenſe, vbi q̃ ingens vectigal Sueuicę nationi accedit. Prędter ea, quoniam bonis mala commiſta ſemper ſunt, & nulla ex omni parte erecta, ſunt Sueui in Venerem ſupra modũ proni: fœmineus ſexus virili ad malum facile conſentiens. Immaturè vterque pręuaricatur, ſerò reſipiſcit. Ego huic vitio maxime ſuffragari exiſtimo, ꝙ quemadmodũ in aliis Germaniæ prouinciis, eccleſiaſtica cenſura, publici illi fornicarij, adulteri, raptores minus inſectẽtur, prouerbium ortũ, vnam Sueuiam latę Germaniæ ſatis meretricum transfundere: quemadmodũ Franconiam copiam dare raptorũ & mendicantium, Boëmiam hæreticorũ, Baioariam furum, Heluetiam carnificũ & lenonum, Saxoniam potatorũ, Friſiam atque Vueſtualiam periurorũ, Rhenum gulonum.

*Sueui in Venerẽ proni.*

*Prouerbiũ, quo Germanoꝝ mores notantur.*

## DE BAVARIA ET CHArinthia, & earũ priſcis legibus moribusq; quibus hodie viuunt.

### CAP. XVIII.

BAuaria Germaniæ prouincia, ab Auarib⁹ Hunorum reliquiis: q Noricis expulſis in ea terra conſedere, adiecta B litera appellatur. Baioaria etiam à Boiis Ciſalpinę Galliæ populis hoc loci aliquando moratis dicitur, Noricũ olim fuit. Hungariam ab oriente habet, ab occidente Sueuiam, à meridie Italiam, à ſeptentrione Franconiam atq;

*Noricum. Bauariæ limites.*

O Boë-

Boëmiam. Danubio inſigni fluuio ex Sueuia pr
fluente irrigatur, Auſtriam, Stiriam & Carinthi
in ſe comprehendit: quòd idem ferè homines, ij
dem moribus & lingua vtantur, Noricis præt
reà finibus quondam contenti erant. Beatus Lu
cius Britanniæ rex primum, deinde ſanctus Ru
pertus, vltimo Bonifacius Moguntinus Archi
piſcopus Chriſtianam pietatem edocuit. In qua
tuor Epiſcopatus Bauaria diuiditur, Saltzburgē
ſem, Patauiēſem, Phriſingenſem, Rhatiſponēſem
Nulla Germanię prouincia pluribus cultioribu
vrbibus illuſtratur. Saltzburga, quę Iuuania fui
ſe creditur Metropolis eſt, Monachium ducalis
des hodie, olim Schirem fuit. Hęc terra priuſq̄ i
prouinciam redigeretur à proprio rege ad Arnol
phi Imperatoris vſque tempora adminiſtrata eſ
eum vt parthia ſuum Arſacem & Ægyptus Pth
lemæum, ipſa Cacannum nominauit, deinde du
ces habere cœpit: hodieq; tenet. Qui ex vna illu
ſtri Agilolfingorum familia diu eligebantur oē
Gentis mores viuēdiq; inſtituta ex legibus, qua
orthodoxa fide recens ſuſcepta habuere, cognoſ
poſſunt, tales fuere, vt liberę conditionis hom
Chirographo & ſex teſtibus, quorum nomina, &
manus ſuas imponat confirmet, ſi villas, terram
mancipia, pecuniam, aut quid aliud eccleſiæ don
uerit, ſchedam pręſente ſacerdote altari ſuperpo
nat. Nec ipſi nec poſteris illius poteſtas eius rei ſi
vlterius, niſi eccleſia permittat. Apud Epiſcopun
defendatur quicquid eccleſiæ Dei datum fuerit.
Dei iudicium & ſanctæ eccleſiæ offenſam incu
rat, reſtituereq; cogatur aut à rege, aut principe
quicunq; eccleſię, aut eius rebus iniurius fuerit
vncias auri tres pro mulcta perſoluat. Negās ant
altare populo ſacerdoteq; præſentibus ſecundum
pecunia

Bauariæ laus ab vrbibus.

Cacannus Bauarorū rex.

Eccleſię libertas.

pecuniæ ſummam iuret. Qui ſeruum ancillamve ad fugiendum perſuaſerit, reuocet: & alium intereà pignoris loco ſiſtat, ſolidis quindecim componat. Seruo occultè eccleſiæ res concremanti manus amputetur ac oculi eruantur, ne tale quid de cætero perpetrare videat: dominus verò eius reſtituat, quicquid incendio conſumptum fuerit. Liber homo ex integro omnia reſtauret, & ob temeritatem ſolidis.lx.componat: negans.xxiiij. ſacramentalibus nominatis ante altare coram eccleſiæ defenſore digitis ſuper Euangelij librum poſitis iuret. Reo ad eccleſiã confugienti ſecuritas eſto, nec domino fas, ſeruũ inde abſtrahere, aut quouis modo lædere: qui cõtrà fecerit iudice cogẽte cõponat eccleſiæ.xl.ſolidis. Qui in minoribus ordinibus conſtituto noxius fuerit dupliciter cõponat, quo parentes cõponuntur. In maioribus cõſtituto tripliciter. Presbyterum ſi quis autem occiderit.ccc.auro appreciatis ſolidis. Diaconũ.cc. eccleſiæ in qua miniſtrauere exoluat: & ſi pecuniam habuerint nullam, ſeipſum, vxorem, liberos ſeruitio eo vſque mancipabit, donec ſtatuta pecunia redimat. In Epiſcopum ſæuiat nemo, etiam ſi cui moleſtus fuerit: ſed coram rege, duce, aut plebe conueniatur ſuper homicidio, fornicatione conſenſuque hoſtili. Si inimicos prouinciæ introduxerit, ſi perdere, quos ſaluare debuerat, voluerit, deponatur, aut in exiliũ relegetur. Qui ſanctimonialẽ ex monaſterio abductã contra eccleſiaſticam legem ſibi matrimonio coniunxerit reſtituat. Epiſcopus ducis auxilio eam velit nolit monaſterio rurſus intrudat. Ipſum verò aut ſe emendare cõpellãt aut prouincia eijciãt. Presbyteris & diaconibus extraneã apud ſe in domo mulierẽ habere nõ liceat, ne conſuetudine deceptus polluat, indignè Deo offerẽs,

De incẽdiarijs eccleſiarum.

Ad eccleſiã qui confugerit.

De clericorũ percuſſoribus.

Epiſcopi cauſſæ.

& populus ob id plagam ſuſtineat. Sacerdotũ a
aliorum clericorũ cauſſę ab Epiſcopis ſolũ ſecun
dum canones iudicentur. Coloni & ſerui eccleſia
ſecundũ quod quiſque habet, tributa decimasqu
Decimę quõ dandę. perſoluant: de modiis decem vnũ, de particis de
cem vnam, de decẽ faſcibus vnum, de decẽ apun
vaſis vnũ, pulli quatuor, oua quindecim tribuant
Ligna, lapides, calcem ad ſacrarũ ædium ſtructu
ram aduehãt: vltra vires tamen degrauetur nem
De duce & eius cauſſis. Qui regionis duci inſidias ſtruet, aut hoſtes pro
uinciæ inuitauerit, aut ciuitatem aliquã prodide
rit, tribus teſtibus cõuictus, in ducis poteſtate ſi
bona eius cõfiſcentur. Verũ per inuidiam ne qu
quã pereat, cũ vno de ſe teſtante duello cõfligens
ſi vicerit, abſolutus abſcedat. Si ducem aliquis ſu
Seditioſorum pœna. um interfecerit, interficiatur & ipſe, ac res eius c
fiſcentur in publico in ſempiternum. Seditionem
aduerſus ducem mouens, duci ſexcentis, cæteri fa
Leges caſtrenſes. ctioſi.cc.ſolidis cõponant. In hoſticũ quum educ
tur exercitus, propter ſcorta aut caſas nõ rixetur
nec etiam propter pabula vel ligna, tollat quiſq
quãtis indigeat, tollentem nemo prohibeat: ſecu
faciens vel diſciplinæ hoſtili ſubiaceat, vel cora
Comite ſuo verbera quinquaginta ſumat. Com
ti in comitatu ſuo, ne hoſtibus abſque ducis iuſſ
ne damna inferãtur cura ſit, ipſe perſoluat, ſi ſua n
gligentia peccatum fuerit. Liber ſi damnũ intul
rit quadraginta ſolidis mulctetur, æqualiaq; om
nia reſtituat. Seruus capite plectetur, dominus i
lius ne talia perpetraret quia nõ prohibuit, pro i
ſo reſtituat. Aliquid in exercitu ſurripiens crim
nis cõuictus ſeruus, manibus mutiletur, nihiloſe
cius dominus eius reſtituere compellatur. Lib
ad rei reſtitutionem ſolidis.xl.componat. Si qui
quam aut à rege aut duce iuſſus aliquem interfe
ceri

it,defendat eum & liberos eius rex ſiue dux cui
ediuit. Et ſi is morietur, alius qui ſuccedet tu- Ducis cauſſæ.
am ipſius aſſumat. Si dux contumax & rebel-
decreta regis contẽpſerit, ducatu priuetur, ſecꝫ
ɾrnę ſalutis ſpe omni fruſtratum ſciat. Si ducis Filius patri inſidiatus.
ltus & arrogãs filius patrem adhuc iudicio prę
ere, exercitum ductare, equum aſcendere, arma
ſtare potentem: qui necdũ ſurdus, neque ſecus
,qui regis mandatum ſtrenuè exequi valet: ma-
gnorũ conſilio principatu deturbare nititur, ex-
eredetur, aut ſi libet in exilium perpetuum able
tur, quia contra legem in patrem peccauerit.
ui temeritate aut ebrietate in ducis aula ſcanda- Ducalis aulę libertas.
m ſuſcitauerit, quicquid mali ſequetur, lege cõ-
onat, ſolidis.xl. plectetur, ſeruus manum perdat.
ducis aula qui temerè aliquid iacere conſpexe-
t, ſurripiẽs vbi nocte vna celarit, furti alligetur,
publico ſolidis quindecim cõponat, ꝙ domus
ıcis domus publica cenſeatur. Imperium ducis
etrectans, quindecim ſolidis mulctetur: & quic-
uid facere iuſſus fuerat adhuc perficiat, vt placita
mni quintodecimo die in Comitatibus regiõis Quo tẽpore placitandum.
mnibus peragantur. Liberi omnes conueniant,
ui neglexerit, ſolidis quindecim mulctetur. Iu-
ex vt iuſtè iudicet librũ penes ſe legis habeat, ex
ɔ cauſſa omnis componatur. Necꝫ perſonam ne- Iudex qualis eſſe debeat.
ue munera reſpectet iudex, ſed de compoſitione
um recte iudicarit, partem nonam accipiat. Sin
erperam, duplo, quicquid lata ſentẽtia abſtulerit
xoluat, inſuper ſolidis quadraginta mulctetur.
)ucis cædes parentibus aut regi ſolidis Dccccl x.
omponatur. Parentes ducis ſexcentis, obſeruato
t ducis compoſitio parentũ ſuorum compoſitio
iem triplo excedat. Agilolfingi, de quorũ proge-
ie dux perpetuo eligitur, cõpoſitionem quadru-

plam habeāt Huoſi, Trozzi, Sagani, Hahilin
Liberi quo modo com ponantur. Ænnoni,primi poſt Agilolfingos duplam. Lib
rum quiſquis interfecerit parentibus aut duci b
octuaginta ſolidos exoluat. Si oculū,manū,vel
dem amputauerit quadraginta,ſi claudum fece
duodecim,ſi mancū viginti. Simplex vulnus t
bus ſolidis,dentem molarē duodecim, alios o
nes ſex cōponat. Peregrinos homines inquieta
aut lędere ſumme prohibemus:cōtrafaciēs dup
citer côponat,& fiſco.clx.ſolidos exoluat. Si oc
derit ſolidis auro appreciatis centum mulcteu
Seruus liberū aut moleſtans aut venūdans prę
tatus iudici aut manum aut oculum amittat,ab
Liberti. inſigni nota nequaq̃ dimittatur. Liberti dimid
cōponantur mitius q̃ liberi. Nuptias inteſta
De nuptiis prohibemus,vnde ſocrū,nurum,priuignā, no
cā,fratris aut ſororis filiam,fratris vxorē, vxo
ſororē viro ducere liceat nulli,fratrū aut ſororu
filij matrimonio nequaq̃ ſeſe coniungant:facul
tes eorum à iudice cōfiſcentur,qui contrà feceri
De feriis & pœna non cuſtodientium. Qui dominicam diem ſeruili opere profanauer
nec ſemel & iterum monitus ceſſat. l. verberib
dorſum illius frangatur:ſi nec adhuc ceſſauerit,te
tia ipſi bonorum pars auferatur:tertio ſi attenta
rit,libertatem perdat,ſeruus ſit,qui die ſancto
luit eſſe liber. Seruus vapulet,& ſi non emenda
rit,dexteram perdat:Peregrinus monitus niſi c
ſauerit.xij.ſolidis mulctetur. Qui liberum præt
voluntatem ſeruitute deuinxerit,aut illius hære
tatem bona ve inuaſerit.xl.ſolidis componat, re
Mulierum cauſſæ. tuatq; quę occupauerit omnia. Si quis cum alte
us coniuge libera concubuerit,marito.cxl.ſolid
cōponat: & ſi deprehēſus interficeretur abſq; vi
dicta ſuo in ſcelere iaceat. Cum libera conſentiē
fornicatus,ſi in cōiugē ducere noluerit duodeci
compon

mponat ſolidis.Dominusſeruũ qui liberę vim
:it,parentibus illius ad pœnam dedat:interfice-
ius eſto,ſi libet.Si quis virginem liberam præ-
; eius ac parentũ voluntatẽ rapuerit ſolidis .xl.
ɔeram.viij.ancillam.iiij.componat. Liber libe-
n vxorem abſq; culpa dimittens parentibus ſo
lis.xl.componat. Mulieri dotem & quicquid
ɔortauerit ſecundum familiæ ex qua nata eſt ſtẽ-
a legitime perſoluat.Si liberam liber poſt deſpõ
tionẽ repudiauerit,aliamq; ſuperduxerit. xxiiij.
ɔlidis puellę parentibus componat.Sacramenta-
bus.xij.iuret,eam,neq; ob crimen aliquod, neq;
b parentum inuidiam dimittere,verum ob ſolũ
morem,quo alteri teneatur.Qui alterius ſpõſam
bi rapuerit,reſtituat eam,& bis.lxxx.ſolidis ma-
to componat.Mulier quæ alteri potionem , vt
borſum faciat,commiſcet,ſi ancilla eſt.cc.verbe-
a accipiat,Ingenua libertate viduata ſeruitio de-
utetur.Si prægnans mulier icta aborſum fecerit,
pſa ſi morietur,qui iecerit tãquàm homicida te-
eatur:ſi fœtus tantum,nondum viuens. xx. ſoli-
lis.viuens.l.vueregeldum perſoluat, ſolidosque
res & tremiſſem.Si in ducis curia, in ædibus ſa- Dom9 publicæ.
ris,in fabrica,aut molendino,quæ domus publi-
æ ſunt,liber homo quid furatus fuerit , nonuplũ
omponat,ſecundum rei valorem iuret,ſiue cam-
pionibus depugnet. Fur nocturno in furto depre
henſus,ſi occidatur,non vindicetur. Qui alterius
ſeruum ad furtum vel aliud nefas in domini diſcri Furta quomodo componantur.
men perſuaſerit,fraude detecta,tanquàm fur dam
netur,nonuplum exoluat.Seruus quod tulit reſti-
tuat , & inſuper flagellorum ictus. cc. extenſus
publice accipiat,dominus incommodi nihil pa-
tiatur, Fur quaſcunq; res ſubtraxerit,iudici præ-
ſentatus ſecundum legem vindictæ ſubiaceat.

Verum morti nō prius damnetur q̃ nonnulla il
qui damnũ pertulit, compoſitio de furis facultat
bus fiat. Qui aliquid in prouincia emerit, dilige
ter prius interroget furtiuum ſit, nec ne. Furtiuu
ſi emerit, reſtituere cogatur, atque in fiſcum p
fredo ſolidos. xij. perſoluat: qua lege in eum et
am animaduertitur, qui furtiuum commendatu
ſuſceperit. Compoſitionem à fure, niſi corã iud
ce, ſuſcipiat nemo. Latrocinij culpis ſubiaceat q
iudicem ſuum rem celat. Quoties de agrorũ fin
bus contenditur, cōſtituta olim ſigna ab inſpec
ribus quærantur: nec aduerſus ea longæ poſſeſſiō
tempus patrocinetur, venditor oſtendat, ſi nul
apparuerint, & ſi contentio tanta ſit vt ſedari no
poſſit, campionibus depugnetur. Nemo nouu
terminũ aut ſignum ſine alterius partis conſenſ
ſine inſpectore cōſtituat. Liber ſi contra id feceri
lege ſolidis. vi. mulctetur: ſeruus. cc. flagellorun
ictus extenſus publicè ſuſtineat. Si liber liberi p
rietem aut ſepem diſſipauerit vel irruperit, tribu
ſolidis componat & damnũ reſtituat. Columna
trabes, ſpangas tribus ſolidis ad reſtitutionem c
ponat. Aſſeres, lateres, & aliud quicquid ædifici
continetur, ſingulis ſolidis. Pignorare abſq; du
cis permiſſu liceat nemini: contrarium faciens, pi
gnus eueſtigio illæſum reddat, duci. xl. ſolidos pr
fredo exoluat, læſum ad arbitrium iudicis comp
nat. Qui meſſem iam maturã alterius demeſſueri
ſolidis ſex componat. Negans ſacramentalibus ſ
cundũ legem ſuam ſex iuret. Qui ſegetes alteriu
incantando viciarit, conuictus. xij. ſolidis compo
nat, familiam illius anno toto alimētis prouideat
æquale reddat, ſi quid perdiderit. Negãs ſacrame
talibus. xij. iuret aut campione ſe defenſet. Si qui
alieno ſeruo vel ancillæ ad fugam aut auxilio au
conſili

Furtiua emptio lege coërcita.

Agrariæ leges.

Pignorare dux permittat.

conſilio adfuerit.xij.ipſum,eam ſex ſolidis compo nat reducatq́: ſi negare velit.xij. ſacramentalibus iuret,aut campionum ſe pugna expurget. Nemo alienũ animal etiam in damno deprehenſum quo- uis modo lædat occidatve,ſed penes ſe eouſque re tineat, donec domino aut vicinis damnũ acceptũ indicabit,qui locũ læſum cũ æquali illæſo ſignent, in meſſis collectione, quod læſus non læſo minus protulerit, is cuius animal damnũ intulit, repen- dat. Qui verò contra legem hãc animal occiderit, cadauer ſibi habeat, domino aliud æquale reddat. Si oculum excuſſerit, quanti animal æſtimabitur, tertia pretij parte cõponat. Si caudam vel aurem, vno ſolido. Si cornu tremiſſe,duplentur,ſi hoc in domini contemptũ odiumve perpetrarit. Qui pa cta mercede equum aut bouem cuſtodiendum ſu ſceperit, ſua culpa periclitatum ab integro perſol- uat,& mercedẽ nullam requirat:verum iuramen- to ſi ſe abſoluerit, corium reddat. Qui aurum,ar- gentũ,veſtes, aut alias quaſcũq; res vendendas ſi- ue cuſtodiendas in ædes ſuas receperit, ſi fortuito incendio vnà cum rebus ſuis cõſumptę fuerint,q́ ſibi nõ profuerint iuramento dato,nihil perſolue- re cogatur. Qui auxiliatoris ſpecie ex incendio ali quid rapuerit,proditus, quadruplũ exoluat,ſecũ- dum legisq́ ſtatuta componat. Rem in cõtentio- ne locatam,nec vlli donare nec vendere liceat. Mulier in viduitate poſt mariti obitũ permanẽs, æqualem vt filiorũ vnus vſufructuariam portio- nem poſſideat. Si verò ad alias nuptias tranſierit, eo die cũ dote & rebus ſuis domo egrediatur:filij inter ſe portionem,quã conſequuta fuerat, vt reli- quam diuidant. Patris bona filij de diuerſis etiam coniugiis ſuſcepti æqualiter hæreditabũt, Matris vnuſquiſq; tantũ ſuæ, Ancillę filius cum liberę fi

Damnorũ illatorum compoſitio

De cõmen- datis & cõ- modatis.

Ex incẽdio quid ſurri- piens.

Res in con- tentiõe po- ſita.

De hæredi- tate leges.

lio hęres nō eſto. Si quis ſine liberis morietur,niſ teſtamento caueatur,vxor quoad viduitatē obſeruauerit,bonorū medietatem oīm retineat,propinqui reliquam accipiant. Si verò & ipſa morietur, aut alteri nupſerit,cū bonis ſuis & quę lege debētur abeat,propinquis & hęc pars cedat. Viro aut muliere defunctis,ſi vſq; ad ſeptimū gradum propinqui nulli reperiātur,niſi teſtamento vel donatione caueatur,res eorū omnes fiſcus indipiſcatur

De emptione & venditione.

Qui rē aliquā vendiderit,pretio accepto,emptionem aut charta aut teſtibus ratam faciat: duo,tres vel plures teſtes adhibeantur. Venditio niſi volūtaria & libera, firma nō ſit. Qui rem alienā domino ignorante vendiderit, ipſam lege reſtituat, & aliam æqualem addat. Si reperiri nuſquā poterit, duas ſimiles pro ea reddat. Qui arram in quacūq; re dederit,niſi placitum mutatū fuerit,ſtare cōtractui debet,aut hāc ipſam perdat,et pretium quod debuit exoluat. Si quis rem vitiatā vendiderit,infra dies tres recipiat,vel ſacramentali vno vitium ignoraſſe iuret,& ſtet emptio. Seruus ſuo nō domini peculio redemptus,fraude cognita domino reſtituatur: quia nō pretium,ſed res ſerui ignorās acceperit. Cōmutatio tantū roboris habeat,quantum emptio. Qui agrū aut pratū alterius ſuum dicens inuaſerit,ſex ſolidis propter temeritatē componat,& exeat. Teſtem aure tractū niſi ſuper mortuum teſtari velit repelli nec debet nec poteſt. In mortui cauſſa hic duello probet,ſi vicerit vlterius nō impugnet,ſed credatur ei. Ex pluribus teſtibus vnus tantum ſorte eductus iuret,ita dicēs: Teſtis ſortitus ſum, teſtē me exhibeo, ſic me Deus iuuet & illū,cuius manū teneo: teſtis aure tractus ſum, veritatē præſenti in cauſſa dicere, datis deinde ad ſacrandum armis ſolus altera manu verbū ipſum

Arræ traditionis vis.

Mācipiorū redemptio.

Teſtes et eorum cauſſę.

Iurandi modus

cum

cum vno ſacramẽtali iuret. Mendaciter iuraſſe cõ- uictus cauſſam reſtituat.xij.ſolidis componat, aut innocẽtiam ſuam campione defendat. Si campio- num vnus ab altero inter decertandũ interficiat, ſi ingenuus, ab eo q iniuſte eum inuitauit.xij.ſolidis nec amplius componat. Qui liberꝝ mortuum mo numẽto refoſſum ſpoliauerit, parẽtibus illius ſoli dis.xl.cõponat, & ipſum etiam furtiuum q̃d tulit. Si quis occultè liberũ occiderit, cadauer in proflu entem aut alio abiectũ condigna ſepultura & exe quiis priuet.xl.primũ ſolidis, deinde vueregeldo cõponat. Qui verò liberi hoĩs cadauer ad littus de uolutũ aquis iterũ immiſerit, ſolidis.xx.cõponat. Seruus eo modo occiſus atq; abſcõſus nunuplo.i. clxxx.ſolidis cõponatur. Qui veſtitu à ſe interfe- ctũ ſpoliauerit, dupliciter cõponat. Cadauer hoĩs mutilãs, ſingula membra ſingulis.xij.ſolidis cõpo nat. Si repertũ, ne à feris dilaceret, pietate motus humauerit, à parẽtibus aut dño illius ſolidũ acci- piat. Qui alterius nauem loco ſubmouerit, illęſam aut æqualẽ reddat. Extra aquã verò protractã ſi ce lauerit, interrogatus negauerit, vt furtiuum cõpo nat. Qui canẽ venaticũ abſtulerit, ipſum aut ſimilẽ reddat, & ſex ſolidis cõponat: paſtoralem tribus. Illis legibus Bauari ante aliq̃t ſęcula paruere non- nulliſq; adhuc, ſiquidẽ qui Chriſtianę pietatis ob ſeruantiſſimi ſunt ad externa auguſtiora tẽpla ſtur natim peregrinant. A quiſgranũ prçcipue, duo etiã prouinciæ loca miraculis ſanctoꝝ & peregrinorũ frequentia clara. Virgo Maria Otingæ, & beatus Vuolfgangus. Regio vitibus, præterquã vbi au- ſtralior eſt, nõ ſerit. Nemoroſa multũ eſt et mõtuo ſa. Sues glandibus ſylueſtribusve pomis credo tã ta copia nutrit, vt veluti Hungaria boues, ita hęc ſues cæteris Europę nationibus large ſuppeditet.

Periuri animaduerſio.

Campionũ cauſſæ.

De mortuis & eorum cauſſis.

De naufragiis.

De canibus

Eſt gens adeo ſuillis & ipſa moribus famoſa, vt cęteris Germanis comparato Barbari (Barbari dico) nomen ipſi optime conuenire nemo non videat. Duobus vitiis plus aliis inſignes, inhoſpitalitate videlicet & furto. Veſtitu vt plurimũ blauo colore amicitur, ocreis libentius quàm caligis calciatur. Baioariæ ſiue Bauariæ ad Auſtriam cõtingua eſt partim Charinthia partim Styria. Eſt Charinthia mõtana regio Carnis ad ortum, Styrię ad occaſum ac meridiẽ iuncta, Alpes Italas & forum Iulij cõtingit: multæ in ea valles collesq; feraces tritici, multi lacus, multi amnes, quorũ præcipuus Drauus qui per Styriam ac Pannoniam in Danubium fertur haud inferior Sauo. Imperium Auſtriæ principes obtinent, & archiducem appellãt, cui ea regio paret, quoties nouus princeps reipub. gubernationem init ſolennitatem nuſquã alibi auditam obſeruant. Non longe ab oppido S. Viti in valle ſpacioſa dirutę ciuitatis veſtigia viſuntur, nomen loci vetuſtas perdidit: nec procul hinc in patẽtibus pratis erectus lapis marmoreus eſt, quem, cum dux creandus eſt, ruſticus quidam cui per ſtirpis ſuæ ſucceſſionẽ hæreditario id officium debetur, aſcẽdit ad dexteram bouem habẽs fœtam, nigri coloris: ad leuam equa illi ſiſtitur ſtrigoſa macieq; inſigni, frequens circa populus agreſtiumq; turba ingens: dux inde futurus exaduerſo mouet purpuratorum multitudine ſeptus: præcedunt principatus ſigna, omnesq; in toto comitatu egregie culti prętcr futurum ducem. Is agreſti habitu, pileo tectus, calceos & paſtoralem baculũ gerens, paſtorem agit magis quàm principẽ. Hũc venientem intuitus qui lapidem obtinet: Illirica voce (ſunt enim Charinthij Illirij hoc eſt Sclauoni) quis eſt hic exclamat, qui tã ſuperbè incedit?

*Marginalia:* Duobus vitiis obnoxij Bauari. — Charinthię limites. — Drauus amnis. — Sauus amnis. — Feſtiuitas in noui ducis acceptione miranda — Princeps in agreſti habitu. — Charinthiorũ lingua.

Reſpondet circumfuſa multitudo principem regionis aduentare. Tum ille iuſtus ne iudex? ſalutem patriæ quærens? libere cōditionis? dignus ne honore eſt? Chriſtianæ pietatis cultor? ac defenſor? clamatur: eſt quidem & erit. Rurſus idem, quæro quo me iure hac a ſede dimouebit? Reſpondet ducalis aulę magiſter, ſexaginta denariis hic abs te locus emitur: iumenta hæc tua erunt, ad bouem & equum manū intendens. Veſtimenta quę dux exuet habebis, eriſq; tu cū domo tua tota liber à tributo. Quibus dictis, Ruſticus malam principis percutit, alapa leniter incuſſa, iubetq; æquum iudicem eſſe: præmioq; abducto, loco cedit. Tum lapidem dux occupat, nudum gladium vibrās ad omnem ſe partem vertit, populū affatur, polliceturq; ſe æquum iudicem futurum. Ferūt & aquam agreſti pileo oblatam potare, in futuræ ſobrietatis argumentum. Deinde ad Solemnenſem eccleſiam, quę in proximo tumulo ſanctæ Mariæ vocabulū & nomen habet, perductus, ſacrificiis intereſt. Quibus peractis, humili veſte qua adhuc indutus eſt depoſita, paludamentū induit, ſplendideq; cū proceribus ſuis conuiuatur. Poſtremò in pratum reuertitur pro tribunali ſedens, ius dicit & funda confert. Hic honos principis inueſtiendi ruſticis datus eſt, quod illi primū in ea terra Chriſti fidem acцepere, nobilibus & principibus in errore adusq; Caroli Magni tempora permanentibus, quando & ipſi baptiſmati admoti ſunt. Fuit Charinthiæ dux venator Imperij, vnde ad eum lites & cōtentiones venatorū omnium deferebātur, vocatus in iudicio coram Imperatore, querulantibus nō niſi Sclauonica lingua reſpondebat. Eſt & alia huius prouinciæ conſuetudo in oppido Klagen furibus duriſſima: Si quis in furti ſuſpitionē venerit, eueſtigio

*Solemnēſis eccleſia.*

*Honor principem inueſtiēdi ruſticis datus.*

*Charinthię dux Imperij venator.*

*Cōſuetudo furibus grauis.*

ſtigio ſuſpenditur:poſtridie de ſuſpitione iudicāt, ſi ſontem inueniunt,pendere ſinunt donec per partes ad terram defluat cadauer. Inſons repertus ſepelitur,exequiæq; ex publico perſoluuntur. Penulis natiui velleris haud fucati Charinthij tegūtur, vulgoq; capita pileo obmuniūt,ſermone loquuntur Sclauonico. Styrij verò agreſtes vulgo populi ſunt & ſtrumoſi, adeò quidem ingenti ſtruma, vt ipſis loquelam impediat: & mulier lactans illam poſt tergum perinde atque ſaccum reiiciat (ſi fama vera eſt)ne infanti impedimento ſit.Strumę cauſſam aquę acriq;,quibus veſcuntur incolæ,tribuunt. Styriani ipſi cultu & ſermone Germani ſunt,præter Draui accólas,qui Illirica vtuntur lingua.Sal ibi coquitur,quod ad finitimas gentes defertur. Regio ferri & argenti ferax, ſed principū incuria parcius foditur. Valeria olim dicta fuit, montana plurimum præterquam ad ortum, quà Pannoniæ finitima eſt, ea parte vaſtam effundit planitiem.

*Styrij vulgo ſtrumoſi* — *Strumæ cauſſa.* — *Sal Styrianum.* — *Styria olim Valeria dicta.*

## DE ITALIA, ITALORVMque moribus, Item de Romulo & eius ciuilibus inſtitutis.

## CAP. XIX.

ITalia Europę regio,prius Heſperia ab Heſpero Atlantis fratre,qui à fratre pulſus,& Hiſpaniæ & Italiæ dedit nomen: ſiue,vt Macrobius inquit,ab Heſpero ſtella,qꝫ illius occaſui ſubiecta ſit. Oenotria etiam dicitur,vel à bonitate vini quod in Italia naſcitur,nam Græci Oenon vinum dicūt:vel ab Oenotrio Sabinorum rege.Poſtea Italia ab Italo Siculorū rege, qui agriculturā Italos docuit,& leges poſuit, Nam ad eam partē venit,in qua poſtea Turnus regnauit, & à ſuo nomine appellauit,vt Vergilius probat:

*Heſperia.* — *Oenotria.* — *Italiæ appellatio.*

Eſt lo

Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ:
Oenotrij coluere viri, nunc fama minores
Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem.

Timæus autem & Varro à bobus vocatã putant, quoniam Tauri Græca veteri lingua ita appellati ſunt, à quorũ multitudine pulchritudineq́; Italiam dixerũt. Latium pars illa vbi oſtia Tyberina ſunt, dicitur: quemadmodũ Auſonia, vt Ariſtoteles inquit, pars ad Thyrrenum verſa. Crucis forma inter Adriaticum & Thuſcũ mare iacens, ab Alpium iugis & Apennini porrecta, ſe paulatim tamen ad Rhegynum vſque attollens verticem, & littora Brutiorum. In vltimo ſui in duo cornua ſcinditur, quorum alterum Ionium ſpectat mare, alterum Siculum, in extremitate Rhegium oppidum habens. Eius longitudo ab Augusta prætoria per Romam Capuamq́; porrecta vſque ad oppidum Rhegium, Solino teſte, decies centena & viginti milia paſſuum colligitur. Latitudo verò quadringenta decem, vbi latior vbi breuior centum trigintaſex: habetq́; vmbilicum in agro Rheatino, qui dudum ex latere maris ſuperi Rubiconem fluuium pro finibus habuit. Diuiditur Italia in multas regiones, à Varo flumine ad Macram Liguria terminatur, vbi Genua illuſtris ciuitas. Inde ad Tyberinũ amnẽ Hetruria, vbi Piſæ. A Tyberi ad Lyrim Latiũ, vbi Roma, intus Antium in ora. A Lyri ad Sarnũ Campania vbi Neapolis. Inde ad Silarim Picentinorũ regio, vbi Surrentũ et Salernũ. A Silari ad Laium Lucania, vbi Peſtũ & Buxentũ. A Laio ad Leucopetrã Brutiũ, in quib⁹ Rhegiũ Iulium. A Leucopetra ad Iapigium promõtorium, q̃d & Salentinũ magnæ Græciæ ora eſt, vbi Croton & Tarentum.

[Margin notes: Latium. / Auſonia. / Italiæ forma. / Longitudo Italiæ. / Latitudo Italiæ. / Italiæ regiones. / Liguria. / Hetruria. / Latium. / Campania. / Picentinorum regio. / Lucania. / Brutium. / Magna Grçcia.]

Calabria
Apulia.
Frentinorũ regio.
Marucinorum ora.
Picenorum ora.
Senonum regio.
Boij.
Veneti.

Ab Iapigio ad Brunduſium Calabria, vbi Hydrũtum. A Brunduſio ad Garganũ Apulia, vbi Barium & Salapia. A Gargano ad Sari fluuij oſti Frentinorũ regio, vbi Iſconium. A Saro ad Apernum amnem Marucinorum ora, vbi Orton. Ab Aperno ad Æſium fluuium antiquiſſimum Italiæ terminũ Piceni, quorũ Ancon. Ab Æſio ſiue Aſio vt quidam ſcribunt, ad Rubiconem recentius Italiæ cõfinium Senones, quorũ Phanũ fortunæ, Piſaurum & Ariminum. A Rubicone ad Padi oſti Boij, quorũ Rauenna. A Pado ad Tiliauemptun Veneti, vbi nũc Venetiæ. A Tiliauempto ad Natiſonem Carni ſiue Foroiulienſes, vbi Apuleia. A Natiſone ad Arſiam lapides et Iſtri, quorũ Tergeſtum & Formio amnis, & ipſe aliquando Itali finis.

Apenninus mons Italiã diſcernens.

Apenninus mõs totam terram velut in duas diuidit plagas, hanc ad occaſum & meridiem illam ad ſeptentrionem & ortum obuerſam. Ab Alpibus primo in Liguriam excurrens, mox inde Ciſalpinam Galliam & Picenum ab Hetruria & Sabinia dirimit, Anconẽq; progreditur, vnde ad uerſus in Apuliam & Garganũ montem extenditur, Marucinorũ, Pelignorum, Frentinorum terram â Latio campania ſeparans: Vltimus eius conatus ex Gargano eſt ad Leucopetram, hinc Apuliam habẽs, Calabriam & magnę Græciæ oram.

Laus Italiæ

Picentes inde Lucanos & Brutios. Eſt Italia metallis grauida, vbiq; vitalis & perẽnis ſalubritas eximia cœli temperies, campi fertiles, aprici colles, innoxij ſaltus, opaca nemora, munifica ſyluarũ genera, mira frugum, vitium & olearũ fertilitas nobilia pecori vellera, optima tauris colla, perſpicui & piſcoſi lacus, flumina fonteſq; ſaluberrimi portus plurimi, ipſa auidè ad mortales iuuando in Maria procurrens, & velut gremium omnium

gentium

entium commercio pandens, vt verè dicta ſit à quibuſdam terrarũ omnium alumna, atq; eadem parens cœleſtium prouidentia electa, quæ ſparſa congregaret imperia, molliretq; efferatarum gentium ritus: diſcordes ad colloquia linguas munere literarũ Latinoq; ſermone congregaret. Cæterum vt gentes ſileam (nam longum eſſet numerare) quas Itali Romani lingua & armis vicêre, tantum vna Quiritũ ciuitas virtutũ omnium valuit exemplis, quantum omnis Græcorum eloquentia præceptis, qui quaſi ita futurũ diuinaſſent, vt hęc vna terra omnibus eſſet gentibus imperatura, quotam ipſius partem magnam Græciam dixere. Et vt breuiter dicam, non ſine prouidentia accidit, vt quum Deus optimus terras inuiſit, tum ibi cunctarũ gentium arx eſſet & Imperium, vbi mox Chriſtiani nominis futurum erat caput. Color Italis & ſtatura penè diuerſa eſt. In Ciſalpina Gallia Venetoq; receſſu color vulgô candidus, cultus & ſermo accuratior: cõtra, in Hetruriæ tractu Latio Campania, Lucania et Brutiis aquilus capillus niger, breuior ſtatura & macilenta, ſermo & cultus ſimplex. Omnia ſimilia in Piceno & his qui ſuperi maris oram accolunt in magnam Græciam vſque, niſi quòd in Apulis, Calabris & his qui extremam tenent Italiam, victus & ſermo cum Græcis promiſcuus durat. Tota Italia, vt omnis ferè Europa, vno matrimonio ſemper contenta fuit. Repudium ex vrbe Roma translatitium. Hic Spurius Carbillius ſterilitatem cõiugis cauſſatus, primus vxorem repudiauit. Triplex olim in regionis ciuitatibus conditio fuit, Seruilis, Libertina, & Ingenua. Ingenuorum triplex ordo, Plebeius, Equeſter, & Patricius. Sacrorum ratio penes pontifices & flamines, & alia quædã colle-

Italia terrarũ oĩm alũna & parẽs.

Quiritum ciuitas. Romæ laus.

Hoĩm color, cultus & ſtatura.

Ciuium triplex conditio.

Ingenuorũ triplex ordo.

collegia eſſe,alia aliis dæmonibus ſacra facere.Sū mus honos & poteſtas in dictatore, à quo null fuit prouocatio. Ea dignitas ſemeſtris fuit, & a eam per gradus fiebat à quæſtura acceſſus,per æd litatem,præturā,Conſulatum, & cenſurā : non q ſemper per hos gradus iretur explendusque eſſe numerus, ſed in dignitate poteſtateque hic ord erat,vt in re bellica certi militię gradus:miles ce turioni parebat, Centurio Tribuno, Tribunu Legato,Legatus Cōſuli,ſeu alteri cuius eſſent a ſpicia:Magiſter equitū Dictatori. Legitima mi litia decennium habuit, ſi nō prius debellari cun hoſte contigiſſet, aut miſſio aliqua intercidiſſet, nomine & re nō vna fuit. Præter legitimā illan cuius nūc mentio facta eſt, fuit & Cauſſaria : hæ vt priore illa minus pulchra,ita reliqua honeſtio quæ ab re ignominioſa dicta eſt. Militaris æta ex Seruij Tullij præſcripto à ſeptemdecimo ann in octauum & quadrageſimū decurrebat. Pacat in toga agebant,bellantes in ſago & paludamen to:bella Feciali iure inferebātur,illataq; ſoluebā tur nō niſi legitime. Ciuitates aut ſociæ,aut col niæ,aut municipia dicebātur. Municipibus alii ciuitas cum ſuffragio data,aliis ſine ſuffragio.Co loni vt membrum ciuitatis erant, & Romanis v uebāt legibus,municipes ſuis. In his Decurione erant,quod Romę ſenatores. Purpura patricium diſtinguebat ordinem ab equeſtri, aurū equeſtre à plebeio. Maieſtatis iudicia totius populi erant rerum capitalium,iudicū, qui ad id ſorte lecti eſ ſent,ex ea decuria quę eo anno iudicaret: ciuilium rerum, prætoris centū viralis haſtæ aliaq; aliorū Et hi olim Italicarū ciuitatum & gentium in vni uerſum mores erant,inſtitutionem hanc à Romu lo trahentes. Romulus enim poſtquàm ciuitatis

Romanæ

Dictatoris dignitas.

Dignitatū ordo.

Militiæ gradus

Legitima militia decennalis.

Cauſſaria militia ignominioſa

Municipes.

Coloni.

Decuriōes.

Patricij.

Equeſtres.

Plebei.

Romanæ muros, foſſas, munitiones & neceſſarias extructiones perfeciſſet omneis, ad ciuium ſtatum ſe cõuertens ita ordinauit. Diuiſa imprimis trifariam omnis populi multitudine ſingulis partibus ſingulos præfecit duces clariſſimos: deinde trium rurſus earũ partium vnãquanq; diuidens in denas partes æquales, harũ q̃q; duces deſignauit viros fortiſſimos, vocauit partes maiores tribus, minores curias. Homines tribuum ducatus habẽtes tribunos: qui verò curiis pręſiderent, curiones dici poterant. Erant autem & in decurias diuiſæ curiæ, ducesq; earũ decuriones appellati. Omnibus itaque in tribus & curias diuiſis, Agrũ in triginta partes diuidens, ſuam cuique curiæ partem tribuit, tantũ ipſe agri accipiens, quantũ quidem ad ſacrificium templaq; ſatis eſſet: partem quoq; agri publicã relinquens, ſicq; vna diuiſio regionis & hominũ communem continẽs æquabilitatem fuit. Altera item hoĩm ipſorumq; fuit cõmoda, et honores pro dignitate cuiuſq; partiens. Illuſtres enim genere & ſpectatæ virtutis viros tum diuites, & quibus erant filij ab ignobilibus diſcreuit, humilibus & egenis, vocauitq; tenuioris fortunę hoĩes plebeios: & qui melioris erãt conditionis, patres: his de cauſſis progenitos eorũ deinceps patricios vocabãt. Romulus vbi maiores à minoribus diſcreuerat, leges de hic poſuit, ſtatuitq; quid vtroſq; agere opus eſſet. Sacra quidẽ patricios perficere, magiſtrat⁹ gerere, ius dicere, ac ſecũ q̃q; publica adminiſtrare: vrbanis ipſos maxime negotiis intẽtos eſſe. Plebeios autẽ his muneribus ſolutos cũ inexpti eſsẽt, & ob inopiã ingenioſi, agricolari ſimul & paſcere pecora, q̃ſtuariasq; exercere artes Ne verò diſſiderẽt, aut iniuriis locupletũ in humiles, aut leuiũ egenorũq; hoĩm ĩ excellẽtiores ĩuidia

Romanę ciuitatis ordinatio.

Hominum multitudo diuiſa.

Agri in ſingulos diuiſio.

Altera multitudinis hominum ſegregatio.

Patriciorũ officia.

Plebeiorũ officia.

Patronus. commendauit ipſe patriciis plebeios, vnũquenq; eorũ permiſit, quem vellet ſibi patronum eligere, Patronatũ. patronatũ vocans, ſuſceptum pauperũ humilium que patrocinium, & officia inſtituens vtriſq; commoda, beneuolas ciuilesq; eorũ coniunctiones fecit: vt illi tuerentur clientes, tanquã patres filios: Clientes. clientes econuerſo patronis obſequioſi eſſent: cõmuniter autem vtriſque neq; pium, neq; fas erat accuſare ſe inuicem, nec aduerſus ſe teſtimonium dicere, nec cũ inimicis numerari. Sicq; firmior erat Centum viri cõſiliarij delecti. Romanorum cõcordia. Conſiliarios poſt hęc inſtituit, centũ viros ex patriciis eligens, fecitq; delectũ eorum, hoc modo: Ipſe vnum ex omnibus optimum deſignauit, cui cõmittenda eſſent vrbana negotia, quum ipſe exercitũ extra fines duceret tribuum vnicuiq; edixit, vt tres viros ex ſe deligeret, qui ætate & generis ſplendore ſenſuq; excellerent: poſt hos autẽ nouem viros, etiam curiis ſingulis imperauit tres maxime idoneos ex patriciis eligere, poſteaquã nouem iſtos primis à tribubus electis addens nonaginta, quos curiæ ſuffragiis prętulerãt, eo quoq; quem ipſe elegerat duce addito, centũ conſiliariorũ numerũ expleuit, & à Senatus. Romanis Senatus dici cœptus eſt, qui ob autori- Patres. tem Patres, ob ætatẽ Senatores dicti ſunt. Deinde Senatores. Trecẽti robuſtiſſimi electi. trecẽtos viros ex generoſiſſimis familiis eligẽs robuſtiſſimis corporibus, q̃s curiæ renuntiarunt, eodem modo quo antea Senatores, ſingulę denos iuuenes, eos ſemper circũ ſe Romulus habuit. Nomen cõmune oẽs habebãt, Celeres vocati, ab exe- Celeres. quendi miniſterij celeritate, cuſtodes regis erant.

Regis officia. Regis autẽ hæc officia, primũ quidem templorũ ſacrificiorũq; principatũ tenere, agereq; eum oĩa in honorem cultumq; deorũ pia. Deinde legum moriſq; patrij cuſtodem ipſum fieri, iuriſq; ſimul

omnis

omnis Senatũ cogere,populũ conuocare,poteſtatemq́ſibi in bello Imperatoriam eſſe. Senatorio ordini honorẽ & poteſtatẽ talem attribuit,omni de re de qua referret regno,cognoſcere atq́ ſuffragium ferre: & q̃d viſum maiori parti eſſet,id vincere. Plebi deinde tria hęc dedit,magiſtratus creare, leges ſciſcere, & de bello decernere,quum rex vellet,neq́ tamen poteſtatẽ horũ abſolutã, niſi & ſenatus approbaſſet. Ferebat populus ſuffragium nõ viritim,ſed per curias cõuocatus: & q̃d pluribus viſum eſſet curiis,ad ſenatũ referebatur. Nũc autẽ mos iſte ſuffragiorum in pleriſq́ locis cõuerſus eſt, neq́ enim de plebiſcitis ſenatus iudicat,ſed eorum quę ſenatus cognouit populus eſt dominus. Ex hac autẽ diuiſione Romuli nõ ciuilia modo negotia, ſed bellica quoq́ Celeres iſti exequebãtur. Quãdocũq́ enim ei viſum eſſet exercitũ educere, nec tribunos tũc per tribus, nec per curias centuriões,neq́ pręfectos equitũ creari oportebat, ſed rex tribunis mandare, illiq́ curionibus, è quibus deinde decuriones edocti ſtatutos ſibi quiſq́ milites educebat. Vnà enim decẽter inſtructi aderant. Mille etiã pugnatores elegit, vt quidam ſcribũt, quos ob numerũ milites nominauit. Tum ipſe ſe Imperij inſignibus, & cętero habitu &.xij.lictoribus cũ faſcibus præcedentibus auguſtiorẽ populo reddidit:in q̃ faſcium numero.xij.vultures,qui ei augurium fecerunt, videri poteſt Romulus ſequutus, niſi ab Hetruſcis morẽ ipſum aliquis potius ſumptũ dixerit,quibus quũ.xij.populi eſſent magiſtratumq́ vnũ communi noĩe crearẽt,ſinguli ſuum illi apparitorẽ dare conſueuerũt. Sella curulis trabea,& aliorũ Romanorũ regum inſignia oĩa inde haud dubie fuerũt. Romulus etiam ciuitatis vires augere volẽs, cauſſam honeſtã cõmentus,&

Dignitas ſenatui conceſſa.

Plebi conceſſit Romulus.

Suffragandi ritus.

Celerum officia.

Mille pugnatores delecti. Milites.

Lictores cũ faſcibus.

Apparitores.

tus, & rem in honorem Dei referēs, templū loco in vmbroſo erigit, cōfugientibusq; ad illud ſponſor factus eſt per ſpeciem religionis erga deos, nihil eos mali ab inimicis accepturos: ac ſi permanere apud ſe vellent, ciuitates etiam participes faciebat, tradebatq; agri portionem quā bello quæſierat. Fuit item & aliud inſtitutū, vt ne captas bello vrbes funditus euerterēt, aut in ſeruitutē redigerent: verum miſſis in eas coloniis pro portione aliqua regionis colonias Romanorum facerent vrbes victas & reipublicę participes. Cæterū poſt Titi Tatij cædem, cū quo & Sabinū & Romanū populū in vnum confluxū quinque annis gubernarat, Romulus ad ſacra conuerſus publica & priuata multa inſtituit. Legem de matrimoniis tulit, vt mulier viro ſocia eſſet pecuniarū, & cæterarum rerū, ſacrorum etiam, & vt viueret ad mariti ſui morem, domusq; vt ille dominus, ita & hæc domina. Morienti viro ſine liberis ſuccederet, ſui cū prole æqua ſit illi pars ſua. Adulterij cōuictam vir & cognati vt vellent, necarent. Si vinū bibiſſet domi, vt adulterā punirent: quo inſtituto videri poteſt apud Romanos morē inualuiſſe, vt quoties viri domū ſe reciperent, filias & vxores exciperēt oſculo: an, vt Portius Cato prodidit, olerēt temetū, vt enim corruptionē inſaniæ principium arbitrati ſunt, ita corruptionis ebrietatem. Parentum in liberos vt omne ius ſit ſtatuit, ſiue vellet coërcere ſiue verberare, ſiue vinctū ruſtico operi detinere, vendere quoque permiſit & occidere. Si quis à patre venditus ſe in libertatē vindicarit, vt iterum ac tertio patri ius vendendi ſit. Fuit id legis caput. ccc. deinceps anno in duodecim tabulis relatū. Mitigauit tamen nonnihil auſterū carmen Numa Pompilius, q tulit nullum patri amplius ius in

Lex ĩ bello obſeruādą.

Leges à Romulo latæ.

Mulier viro æquata.

Vinū mulieribus Romanis prohibitum

Ius parentibus in liberos cōceſsū.

ius in filium oportere eſſe, vbi illius iuſſu duxerit vxorem. Sequuta & alia inſtituta. Ne quis liberę fortunæ ſedentariam exerceret artem. Militaris diſciplina & agricultura ciuibus permiſſa: vnde laudationis mos ille manauit ad poſteros, bonus miles bonusque colonus. Imperfectū putabat rex vtrãque vitam alterã ab altera ſeparari, neceſſe eſſe & humū exerceri & belli obiri munera, vt lex Lacedæmoniorū habet. Operi omnes pacis tempore vacare ruſtico præcepit, permiſit tamen mercari etiam quando res aliqua deſyderabatur. Nec religionis immemor, templa, aras deorūq; ſimulachra cõſtituit. Adiecit & dies faſtos, ſacrificia, ferias, nundinas, & alia pleraque ad deorū cultū pertinentia: peregrina ſacra, & ea in primis quę Græcanico fierent ritu vrbe excluſit, præter Herculea iam inde ab Euandri temporibus inſtituta. Alicarnaſeus Dionyſius Varronem ſequutus. lx. ait ſacerdotes, qui publica ſacra facerent tributim curiatimq; ab eo inſtitutos, additos & his aruſpices diuinationū interpretes. Curiarū ſingulis genius ſuus cum ſacrorum miniſtris datus, cõmunisque omnibus Veſta, & annus in decem menſes digeſtus: quibus nemo nõ poteſt intelligere fuiſſe Romulum diuinarū humanarumq; rerū non imperitum, nec ante Numę regnum populum Romanū ſine moribus & religione, vt plerique autumant, manſiſſe. Has ciuiles diſciplinas Romulus dedit. Numa Pompilius q poſt eum regnū accepit, plures alias adiecit: Annum ad curſum lunę in. xij. digeſſit menſes, quum Romulus ex decẽ antea conſtituiſſet: mutatoq; menſium ordine, Martius, qui primus tum fuit, ac ineuntẽ inchoabat annū, duobus Ianuario & Februario prelatis, tertius in ordine eſt factus. Faſtos quoq; dies fecit & nefaſtos quibus

Peregrina ſacra vrbe excluſa.

Herculea ſacra.

Veſta dea tributim venerata.

Annus in menſes. xij.

Faſti & nefaſti dies.

quibus nihil cum populo agi poterat. Flaminem vnũ Ioui creauit, qui Dialis eſt dictus, cũ inſigni veſte curuliq; ſella excoluit. Adiecit & alios duos, Marti vnum, Quirino alterũ, ab inſigni quod capite geſtabãt, quaſi Filamines dictos. Veſtę virgines legit. Hę decem primos annos ſacrorũ rituum perdiſcebant, totidem deinde operabantur ſacris: tertio decẽnio rudes, & nuper captas inſtituebant: poſtea verò, ſi quę nubere vellet, fas erat alterum mallet ſequi. Salarium his ex publico conſtituit: perpetua virginitate interim aliisq; ceremoniis venerabiles fecit. Si qua inceſti conuicta eſſet ante ora ciuium mœſto ſilentio efferebãt, viuaq; circa Collinã portam in ſubterraneum ſpecũ demiſſa, tellureq; ſuperingeſta necari. Gradiuo Marti duodecim ſacrauit Salios: hi menſe, q ab eo nomen traxit, plures dies celebribus locis vrbis ſolenne ducebant tripudium: tunica verſicolori tegmine puniceo diſtincto amicti, æneo baltheo & gladio ſuccincti: dextera lanceam virgamq; geſtabant, leua thraceam ex ære peltã, altioribus pileis, & in conũ exeuntibus capita inſigniebant. Nihil ab his diuerſos fuiſſe, Dionyſius opinatus eſt, quos Græci Curetas dixêre, Romani à ſolenni ſaltatione Salios. Pontifex eſt deinceps ab eo creatus, cuius poteſtati oĩa ſacrorũ iura ſubiecit, quibus hoſtiis, quibus diebus, ad quæ templa ſacra fieri oporteret formula edocuit. Interiecti etiã ſunt tot ſacris ordinibus Feciales, his ea cura tradita, vt Romani nullũ iniuſtè bellũ inferrent cuiquã. Hi ſi qua per iniuriam Romanis adempta eſſent, res ablatas ab hoſte repetebãt: quę ſi nõ redditæ eſſent, bellũ compoſito ad id certamine indicebant. Pari poteſtate ſontes, res iuſte repetentibus ad ſupplicium dabant, legatorũ iniurias vindicabant

[Margin notes: Virgines veſtales. — Duodecim Salij. — Pontifex creatur.]

bant: hi quæ pia in fœderibus eſſent tueri, ſancire pacẽ, eandem ſi minus legitime pacta eſſet, irritã habere: ſi quid Imperator aut exercitus cõtra publicũ iuſiurandũ deliquiſſet, ſcelus expiare. Puerũ trimo minorẽ lugeri vetuit, neq; natu grandiorẽ plures menſes lugendũ cenſuit, q̃ vixiſſet annos. Tempus longiſſimi luctus in decẽ menſes extendit. Populũ in diuerſa diſtribuit collegia, Tibicinum, artificũ, architectorũ, infectorum, ſutorũ, coriariorum, fabrorũ, figulorũ, & ex variarũ artium opificibus cõtactis vnum oĩm nouiſſimũ, ſua ſingulis ſacra venerationesq; diis reddẽdas diſtribuit. Seruius Tullus in claſſes & centurias omnẽ ciuium multitudinẽ diuiſit. Quorum ordinũ ratio hęc fuit, vt hi quorũ res centũ millibus cenſerentur, in prima claſſe eſſent, q̃ centurias habuit octuaginta: Pari numero iuniorũ ſeniorumq;, vt hi ad vrbis cuſtodiam prȩſto eſſent. Iuuenes foris bella gererẽt: arma vtriſq; imperata, galea, clypeus, lorica, ocreæ, & hęc quæ corpus tegerent, in hoſtes haſta & gladius. Additę huic claſſi duæ fabrorũ centuriæ, q in bellũ machinas ferrẽt, & ob id inermes Altera claſſis ex viginti facta eſt centuriis, quarũ cenſus ab quinq; & ſeptuaginta millibus ad centum millia extendebatur: arma illis ſcutũ, galea, ocreæ, lorica dũtaxat adempta: tela in hoſtes eadẽ, idem ætatis diſcrimen. Tertiæ claſſis cenſus in quinquaginta milia deſcẽdit, totidẽ centuriæ, nec in armis quicquã prȩter ocreas variatũ, par centuriarũ numerus. Quartę claſſis cenſus adhuc minor, quippe qui à quinquaginta millibus in ſummã dimidio minorem cõtraheretur, nihil his datũ præter verutũ. Quintã claſſem triginta centuriæ expleuere, fundã his & lapides miſſiles ferre in pugnã cõmiſſum. Cornicines, tibicines, cũ ipſis cenſi, in

Lugendi ratio.

Populi in collegia diſtributio.

Populi in claſſes diſtributio.

Prima claſſis.

Secunda claſſis.

Tertia claſſis.

Quarta claſſis.

Quinta claſſis.

treis cẽturias diſtributi, quadraginta millibus ęſti mata eſt hęc claſſis. Minor deinceps cenſus reli quã habuit multitudinẽ, cui ob inopiã militię mu nus tributumq; Tullus remiſit. Ciues iuramẽto adegit, vt ſinguli bona ſua æſtimare, quibus parẽ tibus orti eſſent, quos filios haberẽt, cuius ipſi ęta tis, cuius vxores, liberiq;, quę illorũ nomina, quo vrbis loco, aut quo regionis pago domiciliũ ha berent, propoſita his, qui fallerẽt, pœna, vt adẽp tis bonis, ipſi verberibus cæſi, venderẽtur. Peditũ numero diſtributo, ex primoribus ciuitatis no uos ſcripſit equitũ ordines, vt cum ijs quæ fuerãt ſub Romulo inauguratę: quęq; illis poſteà à Tar quino additæ duodeuiginti eſſent centurię, dena millia æris ſingulis ad emẽdos equos data ex pub lico, & ad eos alendos duo millia in annum conſti tuta: viduę equitibus attributæ, quæ annuã pecu niam penderent: fuerunt equitum peditumq; cen turiæ centum nonaginta tres, quibus in ferendis ſuffragijs, ſua omnibus ordinibus ſeruabatur dig nitas, vt qui plurimi cenſi eſſent, maiora bellorũ onera ſuſtinerent (nam ita comparatum à Seruio erat, vt non viritim vt anteà, ſed pro cenſus æſti matione ſinguli tributa penderent) hi primo loco ſuffragia inirent. Cęterũ habuit prima claſſis octa ginta peditum centurias, inibantq; cum his equi tes ſuffragia, quod Dionyſi. demõſtrat, vt octo & nonaginta centurię primo loco in ſuffragium vo carentur. Excedebat hic numerus dimidium ſuf fragiorum, quo factum, vt his ſuffragantibus con ueniſſet, pro decreto haberetur, quicquid id eſſet, quapropter miſſus eſſet populus in ſuffragia. Si hic quoq; raro accidere ſolebat, variatũ eſſet, ſecũ dę claſſis centuriæ vocabantur: atq; aliæ deinceps aliarum ordine, ita, vt ferè nunquàm ſit ad extre mam

Ciuitatis cenſus.

Equitum ordo.

Tributi pẽſio.

Suffragandi ratio.

mam

iam claſſem peruentum. Tulli regis prudẽtia cõ
aratum, vt ordines in eo paria facerent, vt ijs q
aiora ſuſtinerẽt onera, id commodi ſuffragijs re-
pneretur: quibus licet nemo excluſus videretur,
is tamen omnis penes equites & primę claſſis
nturias eſſet conſtituta: in quorum poteſtate fuit
eare quos vellent magiſtratus, ſancire leges, bel-
indicere: quorum trium poteſtas ab initio fuit à
omulo populo data: deinde Tarquino ex vrbe
iecto iterum mutata regiminis forma eſt, pro re-
ibus Cõſules habere cœptum, quibus omnia in
gnia permiſſa quę fuerant & regum, pręter coro
æ togęq; palmatę vſum quũ Brutus cũ Collati-
o libertatis vindex hanc dignitatem centuria-
s comitijs conſequutus Ciues ſacramento ade-
it, ne mortaliũ quẽquã amplius Romæ regnare
aterentur. Senatorum numerum in trecentorũ
ummã expleuit, Regẽ ſacrificulũ creauit, qui ea
cra perpetrauit, quę reges facere conſueſſent. Le
es Valerius tertius conſul tulit, quibus prouoca
io à conſulibus ad populũ eſt permiſſa, vt capita
eſſet, huic, qui iniuſſu populi magiſtratũ cape-
et. Ciuium vectigalia tollerentur, quo contigit,
t vulgò promptiores ad quęſtus & opificia ſint
omines facti. Addidit & alio capite, vt qui tyrã
idem affectaret impunè occideretur. Aerariũ in
uod publica pecunia reponeretur Saturni tem-
lum cõſtituit. populo, vt duos quoq; quæſtores
rearet, permiſit. Creatus tamẽ nõ longè poſt ma-
iſtratus, ab cuius Imperio nulla eſſet prouocatio
)ictatoris ei nomen inditum, à dictandi quę vel-
t poteſtate, ſiue à dicẽdo potius quia non populi
uffragio creari contigiſſet, ſed ab vno eſſet dictus
ui tum ſummũ in vrbe Imperiũ haberet. Hunc
reãdi dictatoris morem videri poſſunt Romani
à Græ-

Equitum dignatio.

Conſules inducti.

Senatores trecenti

Rex ſacrificulus.

Ærariũ cõſtitutum.

Quæſtores creati.

Dictator in vrbe.

ã Grȩcis accepiſſe:quibus,vt Theophraſt. trad
dit in libris quos de regno ſcripſit,in certum te
pus tyrannos,quos Eſymnetas dixerunt,lege
moris fuit.Semeſtris illius dignitas apud Rom
nos fuit,nec alio pacto creari ſolebat,ꝗ quũ vis a
qua maior repẽte exorta ingentẽ vrbi cladẽ mi
tari videretur:huic cȩteros magiſtratus eligere l
Magiſter equitum
cebat,vt magiſtrũ equitũ,qui ſecundã poſt eũ d
gnitatẽ gerebat,prȩſertim in equites & accẽſo
iũgebatur dictatori,ſicuti regibus tribunus. Sp
rio Caſſio & poſthumio cominio cõſulibus pl
bi datũ eſt vt & ſuũ haberet magiſtratũ,qui ſacr
Magiſtrat9 ſacroſanct9
ſanctus eſſet,qui inuiolabilis,cui auxilij latio a
uerſus cõſules eſſet:diſertè expreſſum,ne patru
Tribuni plebis.
cuiquã eũ magiſtratum capere liceret,hic tribu
plebis nomine dicebatur:tãta fuit ipſorum poſt
inſolẽtia,vt,niſi eis placerẽt,decreta conſulum
ſenatorũ caſſarẽt,comitijs creabãtur,ſiue auſpici
ſiue religione:primũ duo numero,deinde tres a
diti,ad vltimũ adhuc quinqꝫ.Tria Comitioru
Tria comitiorũ genera.
genera Romæ olim vſurpata ſunt:Curiata,quu
ex generib9 hominũ ſuffragium ferretur, nomẽ
ideò rei datũ,ꝙ curiatim per lictorẽ calarẽtur.C
turiata,quum ex cenſu,& ætate fieret,quorũ rat
abũdè relata eſt,cæterũ,vt illa per lictorẽ,ita h
per cornicinẽ calari ſolita. Tributa reliquum g
Decem viri creati.
nus appellatũ,ex regionibus & locis conflata. E
patribus centuriatis Comitijs decem viri ſine p
uocatione creati,Et in eos publicȩ adminiſtrati
nis ratio omnis à cõſulibus trãſlata eſt, vt olim
regibus ad cõſules,hi condere leges iuſſi,decim
Leges decẽ tabularum promulgatæ.
die ius ſinguli in orbẽ dicebãt,quo in decẽ tab
las cõplexo,quod fauſtũ felixqꝫ eſſet, leges dece
tabularũ populo promulgauere:duodecim faſc
prȩcedebãt eũ,cuius erat iuriſdictio,cȩteris ſing
li accer

acceſſ.Sed diu nō durauit magiſtratus ille,quip
e qui vt Tribunitia poteſtas ab eo ex vrbe in p-
etuū tolleretur á patribus excogitatus fuerat, re
ognita,ab ipſis tribunis ipſe ſublatus eſt. Tū lege
utū vt quod plebs vellet, totus populus tene-
t.Et alia:vt qui Tribunis plebis Ædilibus iudi-
ibus noceret,eius caput Ioui eſſet ſacrū, familia
d ædē Cereris liberi liberęꝗ vēderētur.Itē,vt al
er ex plebe cōſul deinceps crearetur:atꝗ vt inter
atritios & plebeios cōnubia promiſcua eſſent.
Cēſores pręterea creati duo,quibus ſcribarū mi-
iſteriū,tabularū cura cenſendi formula cōmiſſa. Cenſores duo creati.
Res parua ab initio,ſed quę procedēte tēpore mul
o maiora q̄ ab initio credibile fuerit,habuit incre
nēta. Tāta illis dignatio,tāta autoritas,vt omnis
norū ciuiliſꝗ diſciplinę ratio ipſorū eſſet. Regi-
nē ad hęc ſenatus,equitū Centuriarū,omne deco
is ignominięꝗ diſcrimē,horū priuata & publi-
a loca recognoſcere:vectigalia populo Romano
ocare,cēſum agere,luſtrū cōdere,ſenatores è ſena
u remouere,notare infamia, quinto quoꝗ anno
reabātur. Magiſtratus & alius ſuperadditus, qui
us diceret,Prętorem hūc vocare placuit:huic om
nis publici priuatiꝗ iuris poteſtate permiſſa,no-
uum ius cōdere,& vetera abrogare facultas: erat
vnus ab initio,qui vrbanus dicebatur, quo non
ſufficiente, ꝙ multi peregrini in ciuitatē venirēt,
alius creatus eſt,peregrinusꝗ vocatus,ꝙ plęrūꝗ
inter peregrinos ius diceret: honorariū ius illud
appellabatur á magiſtratus honore,regia illis inſi-
gnia,& apparatus cōſulibus penè æqualis. Permā
ſit hic ciuitatis ſtatus ad Iulij Cæſaris vſꝗ tempo-
ra,qui monarchiam,quæ longa poſteà Imperato-
rum ſerie retenta eſt,iterū induxit. Ludus Romæ
celebrabatur,qui Magnus Circenſis etiam & ple
beus

Prętores duo vrbanus & peregrinus

Ius honorarium.

Ludus Circenſis ſiue Plebeus.

beus dicebatur,eius pompa ex capitolio per for
in circũ maximũ mittebatur tali apparatu:Equ
tum filij,quibus ætas apta eſſet pompę, equis ſ
dẽtes,quiq; pedibus ſtipẽdia facturi erãt,ſuis al
centurijsq; diſcreti pręcedebãt, vt exteris gent
bus oſtenderetur qualis quãtaq; iuuentutis ind
les,in ſpem ciuitatis interim ſuboleſceret:hos a
rigæ ſequebãtur,quadrigę bigęq;,& equi deſult
Athletæ. rij.Mox athletæ leuiorũ grauiũq; certaminũ,pu
denda tantum velati,cęterum corpus nudi,curſ
Saltatores. palęſtra,cęſtibus certaturi.Saltatorũ deinceps ch
ri virorũ primus,alter pubeſcere incipientiũ,p
Tibicines, ſtremus puerorũ.Ordine deinde tibicines ſubſe
qui vtres & tibiolas inflantes citharędiq; lyra
ſeptichordes eburneas,& quę barbita nuncupat
ſunt habentes.Saltatorum cultus tunicæ punice
cingulis æreis ſtrictæ,enſes lateribus pendentes
tela breuiora viris,galeæ æreę criſtis inſignes,pẽ
nisq; excultę.Præibant choris viri ſinguli ſaltati
onis & tripudij modum pręmonſtrãtes, bellico
motus,atq; vehementer proceleumaticis & rith
Enoplia ſi-ue pyrrhi-ca ſaltatio. mis imitantes. Enoplia ſaltatio in his vſurpata
quæ & Pyrrhica nuncupata eſt,à Pallada,vt cred
tur,reperta;alij Curetes eius ſaltationis authore
Satyriſci arbitrati ſunt.Enoplios choros Satyriſcorum c
tus eueſtigio ſequebatur:erant hi in Syllenos &
Satyros figurati, cauillabundo motu ridicula i
magnis imitantes.Atq; hunc demum ordinem t
bicines alij,& citharœdi vario ſequebantur con
centu.Ibant inde qui paſſim thura & aromata th
ribelis adolebant,multaq; odorum fragrantia de
orum ſimulachra auro argentoq; cęlata virorũ h
meris ferebantur.Tum demũ Thenſam ſumm
Circi mag-nitudo. vrbis magiſtratus,magna omnium ordinum ca
terua religioſe ſequebantur,Circi area in qua hi
&

& aliĳ ludi agebantur tria & dimidiū in longitu-
dine ſtadia habuit, latitudo quaternum fuit iuge-
rum id ſoli ſpacium inter Palatinum & Auentinū
iacens, tribus lateribus porticus paululum repan
dę claudebant. cl. milium ſpectatorum capaces, ſe-
dilia circa aream cemento extructa erant, in quo
ſedentes ſpectarent. Scænici ludi in eo etiā agebā- Ludi ſcæni
tur, tali primum ratione. Ludiones ex Hetruſcia ci.
accerſebantur, hi ad tibicinis modulos ſaltantes,
haud indecoros more tuſco reddebant motus.
Imitari hos primo Romana iuuentus, incompo-
sitis inter ſe carminibus iocularia fundētes, nec mo-
tus interim abſoni á voce, mox diligenti vſurpa-
tione eo proceſſit vſus, vt vernaculi eius rei artifi-
ces, quia nihil iam á Tuſcis ludionibus diſtarent,
Hiſtriones appellati ſint, quia Hetruſca voce Hi- Hiſtriones
ſter ludio vocaretur. Hi deinceps non inconditū
& rude carmen, alterniſq; vt á principio iactatū
vſurparunt, quod Feſcennio fuit ſimile, ſed modu
latas ſatyras, deſcripto ad tibicinē cantu, decoroq;
motu peragebant. L. Andronichus ab Satyris di-
greſſus fabulam argumento fecit, factamq; quum
ſæpius egiſſet, obtuſa demum frequēti vſu voce,
puerum qui caneret ante tibicinem ſtatuit, inde vt
ad tibicinis latus hiſtriones canerēt receptū: vbi
igitur res á riſu & ſoluto ioco auocari cœpta eſt,
ludoq; in artē paulatim vertente, iuuentus fabula
rum actu hiſtrionibus relictis veteri inſtituto ri-
dicula verſibus intexta inter ſe iactabāt: vnde exor
dia fabulis potiſſimum Attellanicis coinſerta exti
terūt. Id Ludionū genus ab oſcis acceptū, iuuētus
tenuit nec Hiſtrionibus attingere permiſſum. Hic
qua ratione Senatus populuſq; Rom. ſuos vita de Conſecran
functos imperatores cōſecrare, cœloq; inferre ſole di ratio.
bat, referēdū duco. ipſi nāq;, vt Herodian⁹ ſcribit,
locabāt

locabant in regiæ veſtibulo ſuper eburneum le-
ctũ auro ſtratũ imaginem, defuncto principi per-
quàm ſimilẽ: recumbebatq; pallida effigies in mo-
dum ægrotantis: circa lectum, magnam diei partẽ
aſſidebat ſenatus omnis, ad leuam pullis veſtibus
amictus: ad dexteram lectæ ex omni nobilitate ma-
tronę, in albis veſtibus: Is enim color lugubris fu-
it in muliere olim: omni alioqui ornatu detracto
id ſeptẽ diebus defuncto datur: Medicis velut ad-
huc ſpirantem interuiſentibus, denunciãtibusq;
in dies morbum ingraueſcere. Ad poſtremũ, quaſi
tum demum vita defunctũ, equeſtris ſenatorijq;
ordinis iuuenes per viã ſacram in forum deferũt:
lecto in roſtris depoſito, pueri puellęq; patricij ge-
neris compoſito ab vtraq; parte cœtu hymnos in
defunctum canunt, flebili carmine modulatos.
Dein eburneo lecto cum effigie ex foro in cam-
pũ Martiũ translato, ingens ibi ſuggeſtus quadra-
ta forma lignea tantum materia contexitur, mul-
tis gradibus in phari ſpeciem faſtigio aſſurgenti-
bus. Singuli auro & purpura inſtrati, ſignis ex ebo-
re factis, varijsq; picturis inſigniter excoluntur: a-
quò altiores illi minusq; patentes. eô minores hi
imagines prominebant: interius erat moles aridi
referta fomitibus. Effigie ſecundo gradu colloca-
ta, omnibusq; odoramentorum generibus omni-
fariam admotis, quæ certatim à tota ciuitate eo cõ-
gerebantur: nobiliſſimi iuuenes equeſtris ordini
trabeati tabernaculo obequitabãt motu quoddã
Pyrrhichio ſolemq; decurſu. Circumagebantu
& currus quibus inſidebant rectores perſonas il-
luſtrium principum gerentes: ac tum demũ ab im-
perij ſucceſſore face admota circũfuſa multitud-
ab imis partibus molẽ incẽdit: ac ſimul ignis cœ-
pit inualeſcere, ex ędificij faſtigio aquila emittitu

Albus color lugubris in fœminis, niger lugubris in viris.

qu

uę principis animam in cœlum ferre putabatur.
)ui per hæc Romanorum princeps conſecratus
ſſet, vana ſuperſtitione inter deos colebatur: &
æc de vrbis Romanæ ſtatu. Hodie Italia omnis
Chriſtianam pietatem religioſiſſimè obſeruat, ſa
orum ceremonias ex Romanæ eccleſię inſtitutc:
iſi fortè in vltima eius terrę parte pauci græcum
ruent ritum, & ipſi quidem græci generis: vnū
onnubium vt Itali olim, ſed citra repudiū: neque
d permittitur niſi magna de cauſſa, Romanique
ontificis permiſſu. Regū nobiliumq; principū
rimogeniti veteri inſtituto regnum obtinent: in
riuata fortuna virilis ſtirpis liberi ex æquo fiunt
ęredes, ſed legitimo thoro nati. Triplici iure vti
ur Italia pontificio, Cęſareo, & Municipali: con
tat hoc ex legibus quas aliæ ciuitates alia ſibi de
auſſa condunt, ad bonum æquumq; ſpectat. Iudi
ia rerū ciuiliūq; negotiorum, hic iudicū ordines
xercēt illic magiſtratus: nam nō vna vbiq; eſt re
iminis forma. Prima nobilitas militię, ſi felix ſit,
Sequens rei literarię, Sacerdotium magis venera
bile facit, quâm nobile. In claritudine literarū The
ologi primas ſibi partes vendicāt, ſecūdas ab his
iuris ſcientię periti: ſunt & Medici in admiratio
ne, ſed maiore quęſtu, Mathematici, Dialectici,
Aſtronomi, & Poëtæ magis inter ſe clari: q̄ vulgô
conſpicui. Grammatici extremi omniū: vt qui in
ter pueros cōſeneſcāt. Eſt & ſacris oratoribus grā
de nomen, ſed maior veneratio, ob pietatis ſtudiū
frequentiore agunt theatro, quâm forēſes. His ma
ior quæſtus: quâm nomē. Eſt & Mercatura in ma
gna celebritate, nā preciū hodie, vt ſemper in pre
cio eſt. Pictores, Statuarij, Fuſores in maiori admi
ratiōe, quâm agricolę: etſi vt auditū eſt prima laus
apud maiores his debebatur, Romani propemo

Recentes Italiæ mores.

dum ſoli Italorũ pecuaria exercẽt,ſed mercenari
externorũ hominũ opera. Veſtitus alius alij, ſe

Veſtitus Italorum diuerſus

Venetis laxitate inſigni ac prolixitate: & in his v
bicus municipali ſumptuoſior. Secundũ Veneto
ciuilis & nitidus Florẽtię,& cęterę Hetrurię. M
diolanẽſibus ac toti Æmiliæ Ligurięq; floridior
ſed paulo cõtractior. Romę Aulicus prolixitat

Romanorũ veſtitus.

varietateq; colorũ oẽs alios antecellit. Romanu
multo frugalior,ſed cui ſuus nõ deſit nitor, prçſe
tim in fœminis. Neapolis magis nitido vtitur
ſumptuoſo,& extern⁹ gratior Italico. Cętera Ita
lia ſimplicius veſtitur,nec vnus habitus omnibu
quippè quẽ noſtra memoria ſępius variari conti

Principũ fœminarũ veſtitus

git. Ecce in Æmilia & tota Gallia Ciſalpina gau
dent principes fœminę in Hiſpanico habitu vide
ri,viri in Gallico malunt, Iam & Romę muliebri
ſexus Tuſcum nuper affectabat: Venetiarum m
tronę his paucis annis vlnas pectus & humero
nudabãt:nunc omnia cõtegunt,ac laxioribus vt
tur manicis,& in Hiſpanicum degenerant. Vete
res Romanorum ſtatuę & numiſmata arguun
nullum apud maiores fuiſſe tegendi capitis vſum

Tegẽdi capitis apud Italos olim null⁹ vſus.

nec caliga fuit niſi militaris:eſt hodie vtrunq; vu
gatiſſimum,ſed tegere caput tranſlaticium in Ita
lia,vt credere eſt:quod nomen etiam declarat,ne
lanei aut linei thoracis adeò frequens vſus olim
quod ex veteri ſtatuarum figuratione poteſt in
telligi:nũc omnis iuuenum cultus in his ſeſe pro
pemodum effert. Italicus ſermo neq; ille eſt, qu
olim fuit,nec omnino ab eo diuerſus:ſed barbari
vocibus plus minusue adulteratus,vt hæc aut ill
regio fuit externis gentibus magis obnoxia. Lit

Veneta lingua.

toralis Hiſtriæ ora veneta plurimũ vtitur lingua
quę cõpta eſt,& grauis,pluriumq; linguarũ flor
cõflata:quod facilè cõtigit in frequentiſſimo Ital

carun

arum gentium cõmercio:olim multo ſimplicior
uit,ac minus auribus grata. Carnicus ſermo plu- Carnicus ſermo
es ſonat linguas,ac neſcio quid ab Italico diuer-
um,dulcior auditu,quo Taruiſium,Patauiũ, Ve-
ona, Vicentia,Mantua,Ferraria vtunt:ſed in his
rbicus gratior agreſti. Ciſalpina Gallia externũ Ciſalpinæ galliæ ſermo.
uendã & à noſtro alienum ſonat. Nulla alioquin
ens cultior aut vrbium apparatu,aut victus fru-
alitate. Rauēnæ,Arimino,Piſauro,Fauentię,Bo Laus ciſalpinæ gallię.
oniæ,& vniuerſę Æmilię,flaminię venuſtus ſer
no-Tuſcis breuis,& velut Laconicus,in alieno,
ſuo ore,gratior.quod Romę nuper offendebat Tuſcus ſermo laconicus breuis.
õmercio gentium in dies magis excolitur. Pici-
is & Sabinis & Marſis craſſior caſtigatiorq́;. Vm Romanus ſermo
ris,Apulis,Lucanis,Brutijs,Samnitibus & cæ-
eræ Italię rudior lingua ac minus peregrinis im-
uta,pręter Neapolim, vbi plęriq; Hiſpanicum
ffectant:quòd ſi quis altius ſpectet,atq; in vni-
erſum iudicet,nulla eſt ciuitas, nullus populus,
qui non aliquid à finitimis differat:autor Antoni-
us Sabellicus Enneade.xi. lib.i.

## DE LIGVRIA LIGVrumq; priſco viuendi more.
## CAPVT. XX.

LIguria Italię regio pro maiori parte mõtuoſa,
inter amnes Varum & Macrã,ab altero latere
Apenninum habens,ab altero Padum Tuſciã at-
tingẽs:cuius caput nũc eſt Genua. A Ligyſto Phæ
tontis filio dicta,cõuerſione y in u,vt pictor Fabi Liguriæ fines.
us prodidit:horum gens Siculi fuere,vt Thucidi-
des arbitratur. Magna pars Italię eſt ab his olim Siculi ex Italia in Siciliam cõpulſi.
poſſeſſa. Siculi ab Oenotris Italia eiecti Siciliã te-
nuerunt. Ligures labore plurimo continuo vitã
duram agunt:nam multis arboribus oppleta regi
one,materia eſt ad naualẽ fabricam præcipua:ar-

bores tanta craſſitudine, vt diametri octonos pa teāt pedes. Vnde quidam cędendę materiei, qui dā ſubigendo agro à lapidum aſperitate cultu dif ficili vacant: ita enim terra lapidoſa eſt, vt gleb abſq; ſaxo nequeat effodi: ob quod vitę erumno ſę natura aſſueti: licet multo in labore verſentur parum tamen percipiunt emolumenti: continui verò exercitiū, & victus parcitas corpora eorun macilenta efficit ac robuſta. Mulieres quoq; vir rum labores perferunt, aſſuetæ vnà cū viris opu facere. Venationibus continuò vacant, captiſq feris fructuū inopiam ſuſtentant. Niuibus inſu per montaniſq; aſperitatibus aſſueti agiles corp re ac validi redduntur. Nōnulli meſſis raritate ca nes partim domeſticas edunt, partim ferinas, aqu in potum ſumpta. Oleribus vtuntur, prout fert r gio eorū, ad quos neq; Ceres venit, neq; Diony us, prę cęteris diis hominibus vtiles, In terra cu bant vt plurimū, rari ſub tecto aut in tugurijs ia cent. Plures ad concaua ſaxa, ſpeluncaſq; ab natu ra factas, vbi tegantur corpora, diuertunt. Hoc p cto priſco more abſq; apparatu aliquo viuūt, D niq; mulieres virorū, viri ferarū robur & vire habent. Aſſerunt in bello ſępius vegetū Gallū a gracili macilētoq; Ligure ex prouocatione ſing lari certamine vinci. Arma habent leuiora, q̄ R mani. Operiūtur corpora ſcuto longo ad forman galaticorū facto, tunicaq; ſuccincta. Armātur eti ferarū pellibus, ac enſe mediocri, Quidā Roman rū cōſuetudine, quos in ea re imitati ſunt, arma in mutarunt. feroces ſunt, & acuto ingenio, nō in be lo ſolū, ſed in cōmuni vita. Mercaturā exercēt, na uigātes per Sardionū Libycūq; pelagus, ſpont ſe grauibus maris periculis obiectantes, ſcaphi enim haud ſatis cęterarū nauiū more pręparati

naui

Ligurum ſtudia.

Mulieres in labore viros adiuuant.

Victus Ligurum.

Habitacula

Robur corporum

Arma.

Ferocitas.

Nauigātes mercaturā exercent

ligãt; quo fit, vt imminẽte tẽpeſtate grauia ſub vitę diſcrimina. Gẽs hęc vt Ant. Sabellicus. 1. vij. enneadis habet, adhuc ferox eſt, & ad rebel dũ nata, vt quę diu Romana exercuit arma, plu nũ pecore victitat, lacte, hordeaceaq; potione. Recentes mores

## DE TVSCIA ET GEN- tis eius antiquis moribus.

### CAP. XXI.

TVſcia Italię regio celebris, à ſacrificijs, vt qui dã arbitrantur, dicta: nam Gręci θύειν ſacrifi- re dicunt, vel à thure, quo maximè in ſacrificiis imur, vel à Tuſculo Herculis filio, quod veteres obant. Olim Tyrrhenia dicta fuit. Dubiũ à Tyr eno Atys, an Herculis & Omphales, an (vt alij ibunt) Telephi filio, qui in eam terrã duxerit co nos. Dionyſius à Tyrſibus ędificiorum genere, uibus Tuſci vterentur id nomen factũ ſuſpica- r. Romani eius terrę populos nunc Tuſcos, nũc Hetruſcos dixere. Gręci verò Tyrrhenos. Veterẽ lorum opulentiã, tum pelagi nomen demõſtrat agna ex parte Italię prętẽti, tum fines terræ, ab fero ad ſuperũ mare, & ad alpes propemodum romoti. Satis conſtat, quicquid terrę intra al- es iacet & Apenninũ vmbrorũ olim fuiſſe, qui nde à Tyrrhenis ſint eiecti, Tyrrheni à Gallis, Galli à Romanis, Romani à Longobardis, q po- tremo nomen ipſi terrę indiderunt, & quod ad ce lebritatem nominis attinet, Latini Vmbri & Au ones à Gręcis Tyrrheni ſunt olim vno nomine ppellati; quidã etiã Romam ipſam Tyrrhenam rbẽ opinati ſunt. Fuit Tyrrhena gens fortitudi- e egregia magno potita imperio, ciuitates condi lit plures atq; opulẽtas. Claſſe quoq; potẽs, quũ liutius mari imperitaſſet, Italũ pelagus ab ſe Tyr henũ denominauit. Pedeſtri quoq; exercitu præ-

Tyrrhenia vnde Tuſcia appellata.

Tuſci etiã Hetruſci appellantur

Vmbrorũ terra.

Longobardia.

Tuba à Tyrrhenis inuenta.

ualida,tubam primo adinuenit,& bello admo
vtilẽ,& ab illis Tyrrhenum appellatã.Duces
ercitus plures inſignibus decorauit.Lictores,
rulem ſellã,prętextam veſtem,faſces,ſceptrũ e
neũ,alia multa dedit:domibus porticus addi
in quis ſeruorum cõcurrentium turba diuerre
quæ imitati poſtmodum Romani,inq; melius
cta ad ſuam rempublicam tranſtulere:literis q
que & rerum naturalium inueſtigationi ac th
logię plurimo tempore impenſo. Præ cæteris
fulgurum interpretatione & arte augurandi v
ſata eſt,adeò vt noſtra etiam ętate vniuerſus ſer
orbis,tum admiretur viros,tũ haruſpicibus v
tur.In ſcientia faciendorum ſacrorum ita etiã
ruit,vt Romani qui non ſeruandæ tantum, ſed
amplificandæ religionis cupiditate incendebãt
decem principum filios ſenatus conſulto ſingu
Tuſciæ populis percipiendę ſacrorum diſcipli
gratia traderent:hinc ludibrium illud malorũ
monum ad Romanos defluxit.Hinc Bacchana
quæ vt fœda & pernicioſa,magno ſunt bonor
conſenſu,autorum ſuorum ſupplicio vindicata
totaq; Italia ſublata.Patriam Tyrrheni vberi
colunt,quam ſtudio curaq; efficiunt fertiliore
Mẽſa bis in die ſumptuoſę præparata,omnia q
ad epularum delicias pertinent abunde ſubmi
ſtrant. Stragulas inſuper veſtes floribus diſt
ctas,poculaq; aurea varij generis,ac miniſtroru
ſeruorumq; numerum permagnum in vſu hab
multiplices vbi non ſolum ſerui famulantur,
etiam liberi plures.Gens in vniuerſum magis
huc ſuperſtitioſa eſt,quàm pugnax.

Inuenta Tyrrhenorũ plurima

In augurãdi arte verſabãtur Hetruſci.

Religioſi valde Hetruſci erãt

Bacchanalia ex Tuſcia ad Romanos.

## DE GALATIA EVROPEA
### & Galatarum priſcis moribus.
### CAP. XXII.

Gala

Alatia magna Europę regio fuit, vltra Celti-Icam ad notum oceanumq́; verſus pertinen-sq; oras, & Hercinium montem (ſcribit Diodo-is Siculus) & à terminis iſtis ad Scythiam vſq; otenſa. Sic appellata à Galate Herculis & Celti-e cuiuſdam mulieris filio. Hæc à pluribus natio-ibus incolebatur regioq́; vt plurimum ad ar-um ſita, frigidaq́; adeò, vt quæ hyemis tempore ro aqua niuibus oppleta exiſtat: glacies quoque mmenſa adeò patriam occupet, vt flumina con-elata ſint peruia tranſeuntibus, non ſolum pau-is, ſed exercitibus quoque cum curribus atq́; im-edimentis. Complures magni fluuij vario fluxu er Galatiam fluunt, quorum hi ex profundis ſta-nis, hi ex montibus, partim in Oceanum vt Rhe-nus, partim in Pontum vt Danubius, alij in Ha-driaticum mare decurrunt vt Eridanus, qui & Padus. Sed hi omnes ferè hyemis tempore conge-lati ſecurum tranſitum iniectis deſuper (ne laban-tur) paleis euntibus præbent. Vinum & oleum propter eam frigiditatem regio non producit, quare coacti homines potum ſibi ex hordeo com-parant quem zitum appellant: aqua etiam in qua lauant fauum mellis vtuntur. Vino pręter mo-dum adeò dęlectantur, vt à mercatoribus impor-tatum purum bibant, minimoq́; potu ebrij, aut ſomnum inducant, aut inſaniam: quo fit vt merca-tores Italici plures quęſtu ducti vinum, tum na-uibus, tum per terram curribus deferentes pin-cernam puerum mercantur pro vini amphora. Vniuerſa Galatia argento caret, auro abundat, il-lud natura ipſa prębente. Nam quum fluminum decurſus, difficiles flexus habeat, ſuperans ripas à montibus fluens aqua: arenam auream paſſim per campos eiicit, qua conflata, auroque pu-

Galatiæ fi-nes.

Galatia hy-emis tēpo-re glaciē occupata.

Zitum ex hordeo po-tus.

Vini appe-tentiſſimi.

Argētō ca-ret, Auro abūdat Ga-latia.

ro educto ad ornatū corporis mulieres viriqꝫ vtū-
tur:etenim & manuū articulos,& brachia armil-
lis aureis exornāt.Circa collum grandes torques
geſtant ex ſolido auro,& in digitis anulos.Thora-
ces etiam auro exornant.Priuati quid ac mirabili
in deorum templis potentiores obſeruant, pluri-
mum auri ipſis dijs oblati per pauimentum ſpar-
gentes,neqꝫ id quiſquam incolarum,quàmuis gēs
auro ſit auida propter religionem contingere au-
det.Sunt Galatæ molles atqꝫ albi,corpore oblon-
go:comas quāuis habeant natura rufas:ſtudio ta-
men augent naturæ colorem.Calamiſtro capillos
inflectunt,fronte illos ad ceruicem reijcientes, vt
Satyris aſpectu pueriſqꝫ appareant perſimiles: ca-
pillos arte efficiunt craſſiores,vt nihil differant ab
equorum iubis.Barbam quidam radunt,nonnul-
li nutriunt.Parcè nobiles quidam genas radunt:
barbam adeò fouēt,vt corpora operiat.Quo acci
dit,vt quum edant repleatur cibo: quum bibant,
veluti per cannale potus videatur inferri. Cœnāt
ſedendo omnes,non tamen in ſedibus,ſed in ſolo
ſuper luporum aut canum inſtratis pellibus. Mi-
niſtrant eis pueri iuniores ætate tenera: iuxta eos
ignes fiunt,in quibus ollę ſunt & verua plena car-
nibus:viros bonos melioribus carnibus hono-
rant,quemadmodum Poëta Aiaci ſcribit,Impen
ſum ab optimatibus honorem, quando ſingulari
Hectorem certamine viciſſet.Hoſpites ad epulas
qui ſint,qua cauſſa venerint rogantes. Conſueue-
runt quoqꝫ ſumpto cibo ad verborum,prout ca-
ſus tulit,concertationem ſurgentes ex prouocati-
one certare inuicem,nulla habita vitę cura: incre-
buit enim apud eos Pythagorę ſententia,qua di-
xit:animas hominum eſſe immortales,rurſusque
eas defunctis corporibus poſt certum tempus in
alia

Corpus auro exornāt Galatæ.

Aurū in tēplis ſparsū.

Corporū Galatarū diſpoſitio.

Barbā nobiliores nutriunt.

Sedētes in ſolo cœnāt Galatæ.

Ex prouocatione certare ſolent Galatæ.

Att. morē.

alia corpora reuerſuras, ob hanc cauſſam in defun ctorũ pyram epiſtolas ſcriptas quidam cõiiciunt tanquam eas mortui ſint lecturi. In itinere ac pugna bigis vtunt, quas rhedarius ac aſſeſſor ducũt. In bellis obuium hoſtem iaculo ex curru primum appetũt, tum relicto curru pedites enſibus certãt: quidam adeò mortem contemnũt, vt pugnẽt nudi. Cuſtodes corporis ex liberis hominibus pauperes eligũt, qui & pro aurigis in pugna ſeruiant, & ferant ſcutum, inſtructã aciem prçire conſueuerunt, & ad ſingulare certamẽ fortiſſimos hoſtium prouocare, arma vt hoſtem terreant quatientes. Quum quis ſtrenue in acie pugnauit, tum maiorũ tum ſuas laudes ac virtutes decantãt: res hoſtium deprimũt, tanquam vituperatione dignas. Denique omnis in bello audaces extollũt verbis. Capita hoſtium in acie cadentium abſciſa equorũ alligant collis. Hoſtium ſpolia ſanguine perfuſa famulis tradunt in foribus domorum cũ cantu atq; hymnis affigenda, quemadmodũ feras ſolent venatu captas. Hoſtium nobiliorum capita aromatibus vncta in thecis condũt ſumma diligentia, ea hoſpitibus oſtendentes, nulloq; pro pretio ea vel parentibus vel liberis vendunt. Veſtes ad terrorem intonſas ac varij coloris ferũt, quas illi vocãt bracas. Sagula ferũt virgata, hyeme quidem craſſiora, æſtate ſubtilia. Fictilia in vſu habent denſa, ac floribus diſtincta. Arma ferũt, ſcutum ad ſtaturam hominis longum, proq; libito cuiuſque ornatum. Quidam in ſcutis animalium formas æreas paulũ eminentes geſtãt, & ad ornatũ & ad corporis tutelam fabricatas. Ærea galea caput muniunt paulum eminentiore, in qua aut cornua impreſſa ſunt, aut auium vel quadrupedũ effigies ſculpta. Tubas habent ſuo more barbaras, vt quæ aſperũ

*Corporis cuſtodes ex hominibus liberis.*

*Strenuorũ militũ dignationes.*

*Hoſtiũ ſpolia domorũ foribus affiguntur.*

*Veſtitus Galatarum.*

*Arma bellica.*

ſonum & turbulentum reddant. Thorace ferreo vtuntur quidam, alÿ armis à natura datis nudi pugnant, pro enſibus ferreas ſpatas gerũt oblongas, ærea cathena à dextero latere pendentes. Nõnulli tunicas aureis aut argenteis zonis cingũtur, iaculis inſuper bellantur, quę illi lanceas vocant, ferro cubiti aut amplius lõgitudinis, paulominus duobus palmis lato: enſes haud minores ſunt, q̃ apud cæteros venabula, habentq; tum rectos tum curuos non ſolum ad corpora cædendũ, ſed etiam ad perforandum aptos. Aſpectu ſunt terribiles, voce graui atque aſpera. Sermone vtuntur breui ac ſubobſcuro, multaq; ex animo dubia loquuntur: plurima ad iactantiam in eorum laudem dicũt, & ad cæterorum contemptum. Minaces ſunt ac detractores, opinioneq; inflati, acuti ingenio, & à doctrina minime alieni. Sunt & apud eos melodiarum poëtæ, quos ipſi Bardos dicũt, hi cum organis veluti cum lyra cantant, hos laudantes, alios vituperantes. Philoſophi quoque ac Theologi, quos vocant Saronidas, præcipue ab illis colũtur. Vtũtur inſuper diuinatoribus, qui apud eos cum auguriis & ſacrificiis futura prædicẽt: maximi exiſtimantur omni eis obtemperante plebe: de rebus magnis cõſulturi, mirabilem, incredibilem obſeruant ritum: enſe hominem iugulant, quo labente, tum ex caſu, tum ex membrorũ laceratione, tum etiam ex ſanguinis effluxu futura diiudicant. Eſt apud eos moris nullum abſque Philoſopho ſacrificium facere, exiſtimantes per diuinę naturæ conſcios ſacra fieri oportere, tanquã deis propinquiores. Horum interceſſione bona à diis cenſent petenda, quorum conſilio & pace & bello fruantur. Poëtę verò apud eos tanti habentur, vt cũ extructa acie exercitus eductis enſibus iactisq; iaculis propin

Enſes maximi.

Bardi melodiarũ poëtę

Saronidę philoſophi & theologi

Mirabilis atq; horrendus ritus.

Nullũ abſq; philoſopho ſacrificium

Poëtæ ĩ maxima veneratione.

propinquant, non ſolum amici ſed hoſtes eorum quoque interuentu à pugna abſtineant, ita apud agreſtiores barbaros, ita cedit ſapientiæ, & Mars reueretur Muſas. Galatarum fœminæ non tantũ corporis magnitudine ſunt viris ſimiles, ſed robore etiam. Pueri vt plurimũ cani ſunt, ætate proueɫti colorem paternũ aſſumunt. Eorum qui ſub-tus arɫton habitant Galatæ, quique Scythiæ ſunt propinqui, vtpote cæteris agreſtiores nonnullos aiunt humanis carnibus veſci, quemadmodum et hi qui eam Britanniæ partem quę Iris dicitur, habitant: horum fortitudine feritateq; diuulgata tradunt eos, qui priſcis temporibus omnem fermè Aſiam diſcurrentes Cimerij dicebãtur, ipſos eſſe, qui paulò poſt corrupto nomine pro Cimeriis Cimbri ſunt appellati: iam priſco more dant latrociniis operam, rapientes aliena ſuis omnibus contemptis. Hi ſunt qui Roma capta, quum Delphici Apollinis templum ſpoliaſſent, magnã Europæ partem, non paruam Aſiæ tributariam fecere, agris eorum quos ſubegerant poſſeſſis. Nam qui in Græciam peruenerũt Galatæ, de ſe partem occupatam Gallogræciam dixerunt, & Galatiam minoris Aſiæ regionem, quæ ab oriente Cappadociam & Halym fluuium habet, ab occidẽte Bythyniam & Aſiam, à meridie Pamphiliam, à ſeptẽtrione pontum Euxinum. Cæterum Cimbri, de quibus iam nobis ſermo eſt, gens diræ ſupra modum feritatis, impietatisque in deorum ſacrificiis inauditæ: ſequebãtur exercitum mulieres ſacerdotes diuinationis peritæ, quarũ canus capillus erat, alba veſtis, lutea è carbaſo ſubter tunica fibulis annexa ahenis incinɫtæ zonis, pedes nudæ, captiuis per caſtra ſtriɫtis occurrebant enſibus, quos ſternentes humi, ad æreum protrahebant

Fœminę Galatarum viris ſimiles.

Humanis carnibus veſcuntur, qui Irim inhabitant.

Sacerdotes fœminæ.

Crudelis vaticinãdi ritus. craterem viginti capacem amphorarũ. Habebant & pulpitum, quo agiliter aſcenſo, tollentes in ſublime captiuum ſuper lebete iugulabant: tum profuſo in craterem ſanguine inde quum ſtillaret vaticinium edebant: aliĳ verò ſciſſo ventre inteſtina ſpeculabãtur, ſuis victoriam clamitãtes. Noxios ſacrificabant Cimbri. Noxios quoq; quinquẽnio ſeruatos, affixos ſudibus sacrificabant, & animantia ex hoſtibus capta vnà cum hominibus interfecta, aut ſupra ingentem pyram poſita comburebãt, aut aliis adficiebãt pœnis. Et Cimbri ad mares cupidiores. quamuis Cimbri mulieres habeant ſpecioſas, ad mares tamen præter modũ ſunt cupidiores. In ferarum pellibus humi dormientes, ex vtroque latere excubitores habent. In ipſis certaminibus extentas ad carrorũ velamina pelles tantis pulſant Impudẽtia Cimbrorũ admirãda ictibus, vt ingenti cum horrore fragor efficiatur. Sed illa admiranda eorũ impudentia, ꝙ ſpeciem corporis facile aliis offerunt in propatulo, neque hoc turpe ducunt, quin potius ignauum abnuere gratiam oblatã. Fertur à Valerio maximo, Cimbros & Celtiberos in acie gaudio exultare conſueuiſſe, tanquam glorioſe & feliciter vita eſſent exceſſuri. Lamentari verò in morbo quaſi turpiter perituri.

## DE GALLIA, GALLOrumq; veteribus & recentibus moribus.

## CAPVT XXIII.

Galliç quatuor termini. GAllia lata Europæ regio, inter Gallicũ internum mare oceanumq; Britannicũ, Rhenum, Alpes & montes Pyreneos iacẽs: Pyreneis iugis ad occaſum includitur, ad ſeptentrionem & Boream Gallico Britannicoq; oceano: ad orientem ſolem Rhenus illi paribus penè ſpatiis ex Alpibus in oceanũ, quibus Pyreneum iugum ex interno

mari ad externū procurrit: qua meridiem ſpectat, Narbonenſe illi prætenditur pelagus. Gallia appellata à candore populi, Gala enim lac dicitur. Triplex eſt, Tonſa ſiue togata, quæ & Ciſalpina dicitur, ſed Italiæ finibus includitur. Comata cognominat̃ omnis Tranſalpina Gallia, eam in tres prouincias à tribus populorū generibus hiſtorici diuiſerūt: Belgicam videlicet, Celticam, & Aquitanicam: terminos illarū ita ſtatuentes, vt à Scalde ad Sequanam Belgica ſit dicta, mox Celtica ab eo ad Garundam, quę eadem eſt & Lugdunenſis: inde ad Pyrenei excurſum Aquitanica, olim Aremonica vocata. Auguſtus quadrifariam diuiſit addita Lugdunenſi prouincia. Amianus in multiiugas prouincias diuidit, vtpote qui primā & ſecundam Lugdunenſem, & primam & ſecundam Aquitanicam faciat. Braccata, quę & Narbonenſis dicitur, à Braccis veſtium genere ſic vocitata. Belgica, quę Rheno adiacet, pro maiori parte lingua Teutonica vtitur, prouincias habet Heluetiam, Alſatiam, Lotharingiam, Lucelburgam, Burgundiam, Brabātiam, Gelriam, Holandiam, Selandiam: quę omnes, niſi Rhenus antiquus terrarum limes abſcinderet, Germaniæ noſtrę potius annumerandę eſſent: ex quo hodie & cōſequenter etiā non montes, nō flumina pro regionum terminis habentur, ſed ſingulę linguæ & imperia. Eouſque vnamquanq; regionem extendi dicāt, quouſque gentis illius ſermo verſatur. Galliæ populos Gręci communi appellatione olim ab eorum regis nomine Celtas dixere, & ab illius matris noīe Galatas. Franci hodie vocantur, & Gallia Francia, à Francis Germanię populis, à quibus olim ferè tota ſubacta eſt, vt Baptiſta Mantuanus in Dionyſio ſuo, & M. Antonius Sabellicus libro .iiij.x. Enneadis

Gallia vnde appellata.

Diuiſio Galliæ.

Braccata ſiue Narbonenſis.

Galliæ regiones.

Galli à Grę cis olim oēs Celtæ vocati.

Galli hodie Franci appellātur.

neadis habēt. Cæſar dictator Gallicas gentes lin- gua, legib⁹ & inſtitutis inter ſe differre dixit, multa tamen multis communia eſſe, vt factiones exercere: quę non ſolū in ciuitatibus & pagis, ſed in ſingulis penè familiis vulgo reperiantur: vt qui ingenio & opibus polleant, inter ſe de principatu contendant, vt cuncta ſuo potius q̄ alterius arbitrio fiant: quod vt gentile, ita vetus eſſe, nec temerè inſtitutū videri, vt tuta plebs eſſet â potentiorum iniuria, nuſquam gentium plebs alioqui contemptior: quippe quę olim ſeruitīj penè loco haberetur, omnis publici conſilīj expers: plerīq; tributorū aut alieni æris magnitudine grauati, vulgo ſoliti ſe nobilioribus addicere, vt á cęterorum iniuria tutiores eſſent, omnia in eos iura, vt in ſeruos, habituris. Duo hominū genera in præcipuo honore eſſe: Equites & Druides. Alīj Bardos & Vacies Druidibus adiiciūt, quorū hi naturalium rerum cauſſis dediti eſſent inueſtigandis, illi laudationibus & poëticis rebus. Cæſar vno nomine omnes Druidas vocat, hi ſacrificia curare publica & priuata, religiones interpretari, adoleſcentes diſciplinis inſtituere, quorū cœtibus præcipuè venerari: iidem de cædibus, de finibus cęteriſq; controuerſiis cognoſcere, pœnas conſtituere: ſi quis ſiue publicam ſiue priuatā perſonam gerens decreto nō ſtetiſſet, ſacrificiis interdicere: quę præcipua fuit in gente animaduerſio. Druides omnem hominū congreſſum & ſermonem declinare, ne contagione polluerentur, his petentibus neque ius dici cuiquā potuit, neque honos vllus publicus cōmunicari. Vnus omnibus præeſſe, cui in vniuerſum ordinē ſumma erat poteſtas. In huius defuncti velut antiſtitis locū alius ſuffragio ſurrogabatur, cogebatur horū concilium certo anni tempore in

Factiones amabant Galli.

Deſpectiſſimi oīm gētium Galli fuerunt.

Druidū officia & dignitates.

Concilium annuum in Carnutum finibus.

re in Carnutum finibus. Eſt is locus Galliarũ ferè medius, cõtrouerſiasq́ ex vniuerſa gente eò delatas ſuo cõponebãt decreto: vulgò poſtea receptũ id inſtitutum, ſed ex Britãnia translatitium, Parlamentumq́ vocatũ, de quo poſtea. Druides à bellicis rebus aberant, neq́ ad tributũ cogebãtur. Multa millia verſuum ediſcere neceſſe erat, q̃ tali ſe diſciplinę tradidiſſet: vt pleriq́ viginti annos in ea cõparanda morarẽtur: neq́ fas erat quippiam ad eam cognitionẽ pertinẽs literis cõmendare, quod ad memoriæ cultũ, & ſcientiæ autoritatem putaretur pertinere. Cæteris Gallis tempeſtate ea Gręcę literę in vſu fuere. Credere Druides animas nõ interire, ſed in alia tranſire corpora, atque metu mortis ita ſublato audaciores in periculis fieri. Multa de ſyderibus diſputabãt, de mundi & terrarũ magnitudine, de rerũ natura, et deorũ poteſtate. Mundum ipſum æternũ, ignem & aquã viciſſim pręualere. Alterũ genus equites, hi cæterorũ ordinũ religioſiſſimi, verũ graui morbo affecti aut in periculis cõſtituti, pro ſalute humanã hoſtiam mactabant, Druidũ miniſterio adiuti: alij ſimulachra habebãt immani magnitudine, viminibus cõtexta, eaq́ viuis corporibus plena circũiecto igni abſumebantur. Supplicia eorũ qui latrocinij alteriusue noxæ conuicti eſſent, diis gratiſſima arbitrari. Mercurius in præcipua veneratione eſſe, quem omnium artium inuentorem prædicabant. Viarum & itinerum ducem, & ad quæſtum faciendum plurimum prodeſſe. Marti in pugnam ituri quicquid cepiſſent pro victoria vouebant, viſebanturq́ ob eam in pleriſq́ vrbibus ingẽtes tumuli bellicis ſpoliis cõſtructi. Si quis ex præda aliquid fraudaſſet, graui ſupplicio id ſcelus vindicabant. Se ex Dite procreatos perſuaſum habuere, ob idq́

Opiniones Druidum variæ.

Alterũ Gallorũ genus equites.

Mercurius in veneratione Gallis erat.

Galli ex Dite ſe natos dixere.

ob idq; initium feſtorũ dierum ab ea nocte capere, quæ feſtam lucem præceſſiſſet, rati noctem illi ſacram eſſe. Liberos ad conſpectũ ſuum nõ prius venire patiebãtur, q̃ per ætatem adoleuiſſent, vt militaria iam obire munia poſſent. Turpiſſimum arbitrãtes, filium adhuc puerũ patri aſſiſtere. Viri quantas ab vxore pecunias dotis nomine accepiſſent, tantundem domeſticarum fortunarum æqua æſtimatione cũ dote conferre: quicquid inde fructuum perciperetur, id diligenter aſſeruari, eiusq; eſſe qui ſuperſtes alteri fuiſſet. Viri in vxores, ſicut in liberos, vitę & necis poteſtatem habuere. Si qua veneficij conuicta eſſet, à propinquis mariti igne ſæuisq; cruciatibus necari. In funere omnia q̃ viuis chariſſima fuiſſent, cremare cũ defunctis. Animalia etiã ipſa, nec multũ antequã C. Cęſar eam terrã debellaſſet, clientes & ſeruitia funebri rogo inferebãtur. In ciuitatibus quę optimè inſtitutæ erant, primores multi gubernabant: Ducem vnum primis temporibus ad annũ eligẽtes, ſicut & in bello vnus à multitudine deſignabatur Imperator. Si quis de republica aliquid à finitimis fama compertũ haberet, id ad Magiſtratus deferebat, quædã ſuo arbitrio occultare, cætera pro concione palàm facere. De republica niſi in publicis loqui nemini licebat. Qui in concilium vltimus veniebat, necabatur. Qui tumultuabatur, ad eum miniſter ſtricto occurrebat enſe, & minitabundus ſilentium imperabat: qui ſi nõ deſiſtebat, ſecũdo ac tertio idem factitabat: denique tantum illi abſcindebat è ſagulo, vt quod reſiduum eſſet, redderetur inutile. Magiſtratibus aurea ſunt geſtamina, collo torques, manibus & lacertis armillæ. Vulgus ſagis veſtitur, ſciſſoq; pro tunica amictu, qui vix nates integeret dimidias, lana quidẽ aſpera,

*Viris ius in vxores & liberos.*

*Ciuitatum adminiſtratio. Ariſtocratia.*

*In concilio tumultuãs.*

*Veſtitꝰ Gallorum.*

ſpera, cæterũ oblongis villis, vnde & ſagula hir‐
ſuta texunt, quę lenæ vocantur. Comas ſtudio nu
triebant, corpora genti proceriora, & vulgò can‐
dida: & ſecundũ ea armatura æqualis, gladius lon
gus à dextero latere dependẽs, clypeus etiam lon‐
gus, haſtę ad proportionẽ. Et Meris peltę genus
eſt: arcubus plerunque vtuntur, cũ telo certiorem
infligunt ictum, quo in aucupiis potiſſimũ vtun‐
tur, pauciſſimi bellum fundis & fuſte ineunt. Hu‐
mi cubant, cœnitantes in ſtramentis aſſident: plu‐
rima cum lacte illis eſca, carnibusq; multifariam
præſertim ſuillis & recentibus & ſalitis. Sues in
agris nutriuntur, & proceritate, robore & celeri‐
tate pręſtantes adeò, vt inſueto cuipiam acceden‐
ti nõ minus q̃ à lupis periculum immineat. Tam
copioſi illis & ouium & porcorũ greges ſunt, vt
hinc ſaginarum & ſalſamentorũ abundantia, non
ſolum Romæ, ſed & pluribus Italiæ partibus ſup
peditetur. Domicilia ex pluteis & cratibus in te‐
ſtudinis ſpeciem faciebant, & quidem permagna
multis impoſitis lacunaribus. Ferox omnibus in‐
genium, ingenita ſimplicitas, plus virium quàm
conſilij in bella afferũt: maius bellorum q̃ agrorũ
ſtudium. Mira fœminarum fœcũditas, vt ter cen
tum & amplius armatorũ millia gens vna Belgi‐
ca ad bellum olim mitteret: victoria ſupra q̃ dici
poſſit vincentibus læta, victis ſtupor. E prælio
decedentes ceruicibus equorũ hoſtium capita ſu‐
ſpendunt, eaq; domum delata, vt ſint ſpectaculo
poſtibus affigunt. Illuſtrium virorum capita ce‐
drinis condientes odoribus peregrinis oſtentant,
nec tantidem auri redimi dignabantur. Gentile
& vetus, aureos torques ex collo ſuſpendere, ma‐
nibus & lacertis armillas inducere, veſtes auro pi
ctas geſtare. Hominem diuinationi deſtinatũ in

Arma bellica Gallorũ.

Alimenta.

Ouium & porcorũ diuites Galli.

Domicilia Gallorum.

Fœminarũ Gallorum mira fœcunditas.

Hoſtium capita poſtib9 affigũtur.

tergo ferientes ex ipſo impatientiæ afflictandiq; modo vaticinium capiebãt. Traduntur & alia humanorum ſacrificiorum genera, quoſdam ſagittis configebant, & intra ſacras ædes patibulo ſuffigebant, magnamq; è fœno chorto ſtatuam apparantes, eiq; lignum iniectantes pecoraq; & varias immittentes beluas atque homines holocauſtũ faciebant. Erant Galli ex aſſiduo labore & exercitio ferè oẽs olim macilenti corpore, ventresq; minime propendebãt: nam ſaginã adeò deuitabãt, vt adoleſcentes qui zonæ menſurã ventre excederẽt, publicè mulctarentur. Cæterum Romanorũ commercio multa mutari cõtigit, tempus inde omnia in melius vertit. Obſeruãtiſſimi itaq; hodie veræ pietatis ſunt, regis imperium latè omnia tenet. Matrimonia Italico ritu celebrant, liberales artes multis curę exiſtũt, & imprimis diuinarũ artium ſtudia Gymnaſium, q̃d Pariſiis eſt, id demonſtrat oĩm quę hodie ſunt in terris celeberrimũ. Sunt & Romanarũ literarum appetentiſſimi, ac Latinarũ æmuli, in eo ſtudiorũ genere nec Græca aſpernantur. Penes magiſtratus iudicia ſunt, Regũ eſt hos legere. In bellis cataphracto eqte vtunt̃, peditęq; leuiter armato: vtũtur & ſagittariis, qui lõgiores intendũt arcus: nec corneos, vt Scythę & totus ferè oriens, ſed ex Taxo aliave duriore materia. Comitantur bellica tormẽta exercitũ, curribus vehũtur, magis ordine q̃ agminibus dimicant, maiore ferocia q̃ arte, quanquã hanc quoq; in adminiſtrãdo bello haud negligant. Atallos vocãt caduceatores, hi belli paciſq; nuntij colũt regem incredibili affectu. Multa religio in tẽplis, in religione ſanctitas, ſacrorũ antiſtitum maieſtas, in clero dignitas & veneratio multa, frequẽs in ceremonia cantus: & ob eam rem Muſicę ſtudium his propemodum

Galli olim omnes macilenti.

Recentes Gallorũ mores.

Artib9 liberalibus Frãci ſtudent.

Bellica Gallorũ virtus.

Francorum religio.

Muſicæ ſtudium Galliſpeculiare

dum peculiare. In veſtitu & calceatu, vel noſtra memoria variatum. Me puero (inquit Sabellicus) Gallicę gentis aulici omnes citra clerũ amiciebantur manicato ſagulo vix dimidias nates tegẽte, in multas ſcutulas ab imo ad ſummum complicato, puluinatoq́ circa humeros. Calcei anteriore parte in tenue cornu protenti ſemipedalis longitudinis, qualis nũc ſpecies viſitur in gentilibus auleis, tegmen capitis, id biretum dicũt, oblongũ ac velut in conũ exiens. At nũc omnia mutata: Calcei à fronte vehemẽter expanſi in modũ vrſini pedis, retrò caſtigatior forma ac vix calcanei capax: laxior veſtitus ac multo demiſſior q̃ antea, ad media ferè crura deſcendẽs, laxis manicis ab vna parte deſectis, teniis verſicoloribus tectis & ex obliquo cancellatim ſago aſſutis. Laxus pileus ac plurimũ punicei coloris, ſed biretũ multo laxius, male capiti cohęrẽs, vt nihil ſit alioqui ipſa gente cultius. Cœpit his paucis annis noſtrorũ hoĩm animos incredibile ſtudium eius cultus imitãdi, atq́ adeò mos inualuit, vt tota ferè Italia Gallico ſpectarẽt habitu, manifeſto pręſagio eorũ quę poſtea ſequuta ſunt. Mulieris habitus nihil ferè mutatus. Et Galliam Baptiſta Mantuanus in Dionyſio ſuo libro ſecundo metrice ſic deſcribit:

Veſtitus Frãcorum.

Italia ĩ Gallico habitu delectata.

Gallia terreni pars eſt non infima mundi,
Sed longe lateq́ patens, Hiſpanica tangit
Oppida ab occaſu, ſeſe coniungit ab ortu
Italiæ: noſtro hinc pelago quà reſpicit auſtrum,
Clauditur Oceano geminas quà reſpicit vrſas,
Vnde venit Boreas hybernaq; frigora ſurgunt,
Et vada Teutonici tangit vaſtiſſima Rheni.
Terra hominũ, frugumq́ ferax, armẽta, gregesq́
Vberibus paſcens glebis, non languida cœlo
Tabifico: non mortiferis infeſta venenis,

Vt Libyæ:non perpetuis adoperta pruinis,
Sicut hyperborei montes:non torrida ab æſtu,
Qui faciat ſteriles, vt decolor India,campos.
Non etiam noctis pallens ſemeſtribus vmbris,
Quale ſub arcturo poſitũ mare,& vltima Thile:
Sed nec vt Ægyptus, qua fuſa paluſtribus vndis,
Sed cœlo & teneræ fœcunda vligine terræ.

Et paulò poſt.

Ignea mens Gallis & lactea corpora, nomen
A candore datum populis,muliebria pingit
Ora color tyrius:Paphium meditata decorem
Ex geminis fecit natura coloribus vnum:
Læti,alacres,luſu,choreis & carmine gaudent:
In Venerem proni,proni in conuiuia,proni
Ante dapes ad ſacra Deum:ſeruire iugumq;
Ferre negant,fugiunt figmenta & hypocriſin,ore
Liberi,vt ingenuis mos eſt,tetricosq; peroſi:
Venatu,aucupio,campos,montana, lacusq;
Sollicitant:bellandi vſu lætantur,equorum
Terga fatigantes:loricæ,haſtilia & arcus
Deliciæ genti: ſub dio ad ſydera ſomnum
Carpere, fuſcari ſole & ferrugine pulchrum eſt,
Puluere conſpergi,grauibus ſudare ſub armis.
Pro patria,pro cognatis,pro regibus ire
In pugnã & gladios,& morti occũbere dulce eſt.
Ægoceros genti dominans,ſi credimus aſtris,
Si damus hoc cœlo arbitrium:cito mobile pectus
Cordaq; largitus, rerum ſitibunda nouarum.

Ægoceros, id eſt, capricornus Francis dñatur.

Non inconueniens alienumq; ab inſtituto videtur,huc præcipuum regiæ Francorũ ornamentum Parlamentũ ponere. Quis illud à principio inſtituerit,aut vnde originem habeat,à ſcriptoribus aliud non traditur, quàm vt ſupra ſignificaui à Druidibus receptum,aut longo tempore ad noſtram vſque ætatem obſeruatũ, credere eſt. Nam & il-

Parlamenti initium.

& illud, quemadmodum Druidũ concilium, Car nuto quotannis tempore & loco, quem Rex deſignaſſet habebatur, hoc modo: Conueniebant ex cunctis prouinciæ ciuitatis viri conſuetudinũ & iudiciornm periti, ad idq; antea munus delecti, qui ius cuique per prouocationem diſceptanti dicerent. Sed quia vaga eſſet incertaq; inſtitutio, decreta Pariſius curia & ſedes eſt. Suntq; ad eam iudices deſignati, qui ibi conſiſtentes perpetui prouocationum definitores eſſent: Illorũ octoginta numero ſunt, annua ſtipendia ex fiſco regio percipiunt. In curias quatuor diuiſi ſunt, ſeorſumq; ſinguli ſedent, & ſuos præſidentes habent. In prima quam ipſi Cameram vocant, præſidentes quatuor ſedent, Conſiliarij triginta. Hi contentiones & cauſſas audiunt, dilationes & quę ad iuris cognitionem attinent conſtituunt, leuiora quædam & temporanea definientes. In ſecũda verò & tertia Cameris, æquati ſedent tam in hac q̃ in illa. xviij. Hi Enqueſtrarũ, id eſt, inquiſitionum conſiliarij dicũtur, ꝙ inquiſitionibus præſint, ex clero & laicis conſtituti: pręſidentes vtrique quatuor habẽt, ſententias dicũt, quas conſtitutis diebus præſidentium vnus primę curiæ pronũtiat: idq; Arreſtum id eſt, ratum & fixum vocant, ꝙ ab eo prouocari nemini liceat. Qui ibi reus iudicatus fuerit. lx. librarũ Thuronenſium pretium perſoluere curiis debet, & quandoq; magis. Nam ſi cauſſam ſuam nõ ſatis intellectam aut diſcuſſam exiſtimaret, & ob hoc ſibi iniuriam factam, ręuoluendę in iudicium cauſſæ ſuæ ipſe poteſtatem habet: verum non prius auditur, q̃ duplicatam dictę pecuniæ ſummam depoſuerit. Quarta curia eorum eſt, quos Requeſtarum, id eſt, ſupplicationũ & palatij magiſtros appellant. Ab illis eorum cauſſa tantum

Druidũ concilium.

Curia parlamenti Pariſi⁹ decreta

Curiæ parlamenti. 4.

agitur qui regiis obſequiis deputati ſunt, aut priuilegio donati,ne ab aliis curiis infeſtentur:huius curiæ iudices ſex tantū ſunt, & ab eis prouocare ad Parlamentū licet. In decidendis cauſſis quum nodus aliquis, hoc eſt,magna difficultas offertur, hæc oīm curiarum conſiliariis congregatis diſcutitur:quod etiam fit in his quę Rex de republica ſtatuit, huius enim ſenatus decreto omnia æduntur. Habet & Parlamentum coniudices, dum adſunt Franciæ pares,& alīj ſupplicationū magiſtri familiares Regis comites,qui poſt primę curiæ præſides primi ſedent.Illis enim cum Franciæ paribus regalium & parium cauſſę definiendæ committūtur. Sunt autem Franciæ pares ex omni nobilitate duodecim selecti: Remenſis, Laudunenſis, Lingonenſis, Epiſcopi Duces:Bellouacenſis, Nouionenſis, Catalaunenſis, Epiſcopi Comites vocati. Ex ſecularibus etiam ſex: Burgūdus, Normādus, Aquitanicus, principes Duces: Flandrenſis, Tholoſanus & Campanus, principes Comites. Illos duodecim, vt refert Robertus, Carolus Magnus primū inſtituit, & ſecū in militiam ductos, pares appellauit, quia æquali inter ſe dignitate regi aſtarent, nec cuiuſquam q̄ ſenatus Parlamenti iudicio obtemperarēt, coronandoq; regi adeſſent. Et hi fuerūt & ſunt hodie Gallorum ſiue Francorū mores, taleſq; eorum decantati ritus.

Franciæ pares.xīj.numero.

Parium Frācię dignitas

## DE HISPANIA ET moribus Hiſpanorum.

### CAPVT XXIIII.

Hiſpaniæ laudes

HIſpania maxima Europę regio, inter Aphricā & Galliam iacens, Oceani freto & Pyreneis montibus clauditur, terris optimis comparanda: nullis poſthabenda frugum copia, ſiue ſoli vbertatem, ſiue vinearum prouentus reſpicere, ſiue arbo-

rarios

rarios velis. Omni materia affluit, quæcūque aut pretio cara eſſe poſſit, aut vſu neceſſaria, adeò vt nō ipſis incolis tantū, verumetiam Italiæ vrbiq; Romæ cunctarum rerum abundantiam ſufficiat. Argentum, gemmas & aurum ſi requiras, habet. Ferrariis nunquam deficit, nec cedit vitibus, vincit oleis: nihil ocioſum in ea, nihil ſterile. Non coquunt ibi ſales, ſed effodiunt. Non violento ſole torretur vt Aphrica, neque aſſiduis ventis vt Gallia fatigatur. Salubritas cœli per omnem regionē æqualis, nulla paludum graui nebula inficitur, ſed marina aura perflatur. Lini ſpartiq; in ea vis ingens, minij certè nulla feracior terra. Curſus amnium nō torrentes rapidiq;, vt noceant, ſed lenes & vineis campiſq; irrigui æſtuariiſq; oceani affatim piſcoſi. In nulla tamen re magis olim cōmendata eſt, q̄ equorum pernicitate, quos ibi à vento concipi memoriæ proditum eſt. A montibus Pyreneis incipit, & per columnas Herculis circuiēs vſque in Borealem Oceanum protenditur, ita vt omnia in eo circuitu ad Hiſpaniam ſpectent. Decem millibus ſtadiis, vt Apianus ſcribit, eius latitudo commenſuratur, longitudo prorſus eadem eſſe videtur: ab vna tantum parte ſcilicet Pyrenei montis dorſo Galliæ adhæret, à reliquis omnibus mari cingitur. Tribus diſtincta nominibus eſt: nam pars Tarraconenſis dicitur, pars Bethica, & pars Luſitania: Tarraconenſis in qua ciuitates clariſſimę Pallantia, Numantia, quę hodię Soria dicitur, fuere: altero capite Gallias, altero Bethicā Luſitaniamq; cōtingens, mari latera obiicit, mediterraneo quà meridiem, quà ſeptentrionem ſpectat oceano. Alias verò duas fluuius Anas ſeparat, Ita quòd Bethica, in qua vrbes claræ Iſpalis & Corduba fuere, maria vtraque proſpiciat: ad oc

Diuitiæ Hiſpaniæ.

Cœli ſalubritas.

Amnium curſus.

Ab equorū pernicitate Hiſpania cōmendatur.

Hiſpaniæ dimenſio.

Diuiſio Hiſpaniæ.

Tarroconēſis & eius fines.

Bethica.

ad occidentem Atlanticũ, ad meridiem Mediter-
Luſitania. raneum. Luſitania oceano tantummodo obiecta eſt, latere ad ſeptentriones, fronte ad occaſum verſa. In ea ciuitas Emerita quondam clariſſima fuit.
Iberia. Hesperia. Hiſpania vnde appellata. Hęc regio primo Iberia ab Ibero fluuio, poſtea ab Heſpero Atlãtis fratre Heſperia dicta eſt, vltimo ab Hiſpali, quę hodie Sibilia vocatur Hiſpania.
Gentis conditio. Corpus hominũ ad inediam laboremq́; animi ad mortem parati: dura omnibus & ſtricta parſimonia, bellum q̃ ocium malũt. Si extraneus deeſt, domi hoſtem quærunt. Sæpe tormentis pro ſilentio rerum creditarũ immortui, adeò illis fortior taciturnitatis cura, q̃ vitæ. Velocitas genti pernix, inquies animus plurimis. Militares equi & arma ſanguine ipſorũ chariora. Nullus niſi feſtis diebus epularũ apparatus, aqua calida lauari poſt ſecundum Punicũ bellum à Romanis didicere. In tanta ſeculorum ſerie nullus illis dux magnus pręter Viriatũ, qui annos decem Romanos varia victoria fatigauit.
Fœiæ agros & rẽ domeſticã curant. Fœminæ res domeſticas agrorumq́; culturas adminiſtrant, ipſi armis & rapinis inſeruiunt. Breui vtũtur veſte ac nigra, lanam habente ſimilem caprarum pilis.
Veſtitus Hiſpanorũ. Peltas in bello paruas ex neruis confectas, quibus tegatur corpus, habẽt: his in bello ea agilitate vtũtur, vt & ictus & ſagittas euitent.
Armatura Hiſpanorũ. Iaculis ferreis hamatisq́; vtũtur, galeas ferũt æreas criſtatis palmis, gladios ex ferro puro ad palmi menſuram, quibus in conferta vtuntur pugna.
Ferrum gladiis conficiendis vtiliſſimum. Ferrum ſuo more ad conficienda arma præparant. Nam ferreas laminas in terrã abſcondentes, ibi tamdiu eſſe ſinũt, quoad debiliori parte ferrugine abſumpta validior ſuperſit.
Hiſpanorũ bellica virtus. Ex eo tum enſes fortiſſimos, tum cætera ad belli vſum arma neceſſaria componunt. Hoc pacto fabricata adeò cædunt omnia, vt neque ſcutum,

neq́;

neq; galea,neq; aliud quid eis obſiſtat:duobus gla
dijs fulti,cum equeſtri certamine ſuperiores eua-
ſerint,ex equis deſiliunt & pedeſtrem adiuuāt pu
gnā.Iaculis longè iaciunt & ſumma arte: in acie
diutius perſeuerant:mobili corpore leuiq;,vt fa-
cile fugiāt hoſtē & inſequantur.Bella ad numerū
aggrediuntur,hoſti obuiant cantādo.In pace cho-
reas leui ſaltu exercent,cum quadam crurum agi-
litate.Erga nepharios homines atq; hoſtes crude
les ſunt,cū aduenis humani atq; hoſpitales.Adue
nientes enim externos hoſpitio benignè recipiūt
adeò vt æmulatione quadam inuicē pro illorū ho
nore certent.Quos aduenę ſequuntur,hos laudāt,
amicosq; deorum putant.Mulieres ferrea moni-
lia collo geſtant ſupra verticem coruos incuruos
habentia,& ante frontem longius incumbentes,
ad quos quū velint velum attrahunt,vt extentū
faciei vmbraculum prębeat, idq; ipſę pro maxi-
mo ducunt ornamento.Quadā item in parte tym
panulū circūducitur ad poſterioresq; in occipite
neruos capiti vſq; ad auriculas adſtrictum in altū
latumq; paulatim ſupinatur.Aliæ ſynciput expila
tum enudant,adeò vt amplius q̄ frons ipſa pateat
Aliquę impoſitum ad pedis mēſuram in ſublime
ſtilum erigunt,cui cæſariē circūtexunt,deindeque
pileo nigranti exornant,Carnibus varijs affluen-
ter veſcuntur.Potū ex melle conficiunt:eius copiā
prębente affatim patria.Vinū emptū bibūt,mer-
catorum opera aduectum.Mirabilis apud eos hęc
obſeruatur conſuetudo q; licet in victus mūditia
elegantes exiſtant,vna in re tamen iſta immundi
videntur.& ſpurcitie pleni, nam vniuerſum cor-
pus lauant vrina,dentesq; fricant,hanc optimam
corporis curā exiſtimantes.Fuit olim tota Hiſpa
niæ terra(vt nihil obmittatur quod ad regionis

Cantantes pugnam ingrediſitur Hiſpani.

Hoſpitales ſunt Hiſpani.

Nota morē admirandum.

Victus.

Lotio Hiſpani corp' curant.

Hiſpania bifariam diuiſa. cognitionẽ attinere cognoſcitur)diuiſa in vlteriorẽ & citeriorẽ Hiſpanias. Citerior eadẽ quę Tarraconẽſis ad Pyrenea vſq; iuga protẽditur. Vlterior in duas per longitudinẽ prouincias diuiditur, in Bethicã & Luſitaniã. Superioribus annis Hiſpania in regna quinq; diuiſa eſt, in Caſtellę regnũ

Regna Hiſpanię qnq; Aragonũ, Portugalẽſe, Nauarræ, & Granatæ.

## DE LVSITANIA ET VEtuſtis Luſitanorum moribus.

## CAPVT. XXV.

Luſitania Portugallia. LVſitania vlterioris Hiſpanię pars, quæ hodie Portugallia appellatur, Bethicã á meridie, Tarraconẽſem ab ortu, ab occaſu & ſeptẽtrione oceanũ habens: dicta, vt Plinius ſcribit, á Luſo Liberi patris ac Lyſa cũ eo bacchãte. Sunt Luſitani Hiſpanorũ fortiſſimi, ſcrutatores inſidioſi, veloces, agiles, atq; verſatiles. Scutis duum pedũ latitudine vtuntur curuis ad anteriora proſpectantibus,

Bellica Luſitanorum virtus quibus neq; fibula neq; anſa vlla eſt, his in bello ea agilitate vtuntur, vt & ictus & ſagittas euitẽt. Gladiolus aut pugio lateri adhæret. Plurimi lineos Thoraces habẽt, perpauci loricis vtuntur, aut criſtatis caſſidibus, nonnulli neruatis galeis. Iaculũ longè iaciunt, & ſumma arte: in acie diutius perſeuerant, mobili corpore leuiq;, vt facile & fugiant hoſtem, & inſequantur. Peditibus ocreæ adſunt: vnuſquiſq; plura fert iacula: quidam vtũtur & haſtilibus, cuſpides ſunt æreæ. Aliquos Durio

Spartano ritu Luſitani viuunt. amni vicinos Spartano ritu degere tradunt, duobus vtũtur vnguentis, ad calefaciendumq; ignitis vtuntur lapidibus, & frigida lauantur. Vnicus illis eſt cibus mundus quidem & ſimplex. Sacrificijs dediti exta proſpiciunt, nihilq; concidunt, in-

Vaticinãdi varij ritus. ſpectant & lateris fibras & contrectantes ventura coniectant. Ex inteſtinis quoq; hominum maxime

ximè captiuorum diuinationes captant, ſagis velantes. Inde vbi plaga infigitur ab inteſtinis ſub aruſpice primum ad hominis caſum vaticinantur abſciſſas captiuorum dextras dijs offerunt. Omnes montium habitatores victu ſimplici vtuntur aquarum potores, humi cubitores. Longas vt fœminæ inferius diffundunt comas: mitratis frontibus pugnas ineunt. Hirco maximè veſcuntur, quē & Marti immolant, ſicut & captiuos & equos. Faciunt etiam Hecatombas, id eſt, centenario numero ſacrificia quolibet ex genere, ritu Gręcanico: &, vt inquit Pindarus, omnia centena immolant. Gymnica etiam conficiunt certamina. Armis exercent ludos, & equis, & cæſtibus, & curſibus, & tumultuaria pugna, & inſtructo per cohortes prælio. Montani homines duabus anni partibus querna veſcuntur glande, quam quū ſiccauerint, frangunt, molunt, panes conficiunt, & ad tempus reponūt. Hordeaceo vtūtur vino, nam vitis inopia ſumma laborāt: idq; ita confectum eueſtigio abſumunt. Conuiuia inter conſanguineos celebrantes, pro oleo butyrū vſurpant, ſedentes cœnitant: ædificatos in pariete hemiciclos habentes. Primus ſedendi locus cœnantibus in orbem ætati pręſtatur & honori. Inter potandum ducto ad tibiam vel tubam choro ſaltant inflexis exultantes pollicibus. In Baſteranis mulieres inuicem manibus promiſcue innectuntur. Oēs ferè pullis amicti veſtibus, & ſagis: In quibus inuoluti per ſtramēta cubant. Terrea illis vt Gallis in vſu ſunt vaſa. Mulieres in roſeis degunt ornamētis. Numerorū loco graui admodum ſarcinarum permutatione vtuntur: vel extenſi argēti laminæ fruſtū abſciſſum exhibēt. Deſtinatos neci lapidibus obruunt. Parricidas extra montiū cōfinia vel vltra flumina

Oĩa centena immolāt Luſitani

Glāde veſcūtur mōtani Luſitaniæ.

Inter potādum chorꝫ ducunt Luſitani.

Parricida rũ pœnæ. eiectos ſaxis opprimunt, Coniugia de more Græcorum contrahunt. Ægrotos vetuſto ritu Ægyptiorum in plateis deponunt, vt qui eo morbi genere tentati ſunt cõmonefacere eos valeant. Hic Curãdi ægrotos mos ęgyptiacus eſt mõtanis viuendi ritus quẽ cõmemoraui, eis inquam, qui boreale Hiſpaniæ latus terminant. Memoriæ proditum eſt, Cantabros, qui extrema Luſitaniæ ſeruant, quum in hoſtium poteſtatem perueniunt, & deinde cruci affixi, lætitię peana canere. Viros vxoribus dotes tradere, & filias hęredes deſignari, à quibus fratres earum vxoribus exhibentur, tantaq; feritate eſſe, vt matres filios, ne in hoſtium manus perueniant, trucidare, & illud etiã filios parentibus facere. Cuidam deo ſacra faciunt cuius nomen non extat. Rotunda Luna tempore nocturno ante fores per omnes domos pernoctãt choreas agitãtes, virorum & mulierum communis eſt vtilitas. Rem ipſæ ruſticã exercent, Puerperæq; viris miniſterium exhibent. Hiſpanũ & illud eſt, vt de more toxicum apponatur, ex olere apio conſimili conficiunt, nullum afferẽs dolorem vt ſi quid offeratur inuiti, in promptu illud habeant. Eorundem & illud eſt vt ſeſe pro ĳs, quibus cõcilientur immolẽt, & pro eis morti ſe deuouẽt.

Cantabrorũ mores. Cantabrorũ ferocitas. Religio. Toxicum ſemper in promptu.

## DE ANGLIA, SCOTIA, Hybernia, aliisq; multis inſulis & Inſulanorum moribus.

### CAP. XXVI.

Anglia quondã Britannia. Anglia quę & Britãnia ab eruditis dicitur, inſignis in Oceano Inſula triangulari forma Siciliæ ſimilis. Hæc vndiq; à circumfuſo mari cõplexa eſt nuſquàm iuncta continenti, ſed ab omni orbe noſtro diuiſa, quę & quondam ab albis rupibus, qui ad eam nauigantibus primo apparẽt Albion dicebatur. Troes eam quandoq; incoluerunt, qui

Albion. Troes in Anglia.

Troia

Troia à Græcis vaſtata Palladis oraculo digreſſi claſſe in hanc Inſulã venerunt,atq; Gigantes tunc eam incolentes multis prælijs victos expulerunt. Hos verum & ipſos poſt multos annos Saxones illuſtris Germaniæ populus Angliæ reginæ auſpitio expulerunt,& agros opesq; Inſulanorũ inter ſe partientes,vt linguæ pariter & gentis memoria in deuicta Inſula ſempiterna foret ab Angla ductrice ſua terram illam Angliam dixerunt:quamuis plæriq; ſic appellatam putent ,quaſi noſtri orbis angulum.Galliæ & Hiſpaniæ ſeptẽtrionẽ verſus opponitur,Ambitus quadrageſies octies & ſeptuaginta quinq; milibus paſſuum conſtat:dies longiſſimus.xvij.horarum deprehenditur,& æſtate lucidæ ſunt noctes.Sunt Angli cæruleis oculis, facie adeò venuſta & ſtatura procera, vt beatiſſimus Gregorius quum fortè Anglorum pueros Romæ videret.Bene inquit bene Angli dicũtur, quia vultu nitent vt angeli,oportet illis miniſtrari iter ſalutis æternæ.In bello ſunt intrepidi , optimiq; ſagittarij.Fœminæ candore & forma inſigni.Vulgus ignobile ferũ & inhoſpitale:mitior nobilitas ac magis obuia ad omne humanitatis officium:aperto capite,alteroq; genu flexo hoſpites ſalutant:oſculantur etiam ſi mulier ſit,atq; in cauponam ducunt,potantq; vnà quod facere minime probro eſt modo omnis laſciuia abſit. In bello non agri violantur,non vrbes,ſed ad internitionem alterius partis dimicatur.Omnia victorẽ ſequuntur.Prouinciarũ omnium prima Chriſtianã pietatem cõplexa eſt,pecoris & lanificij abundãs. Lupos non gignit,nec illatos nutrit.Idcircò vagũ pecus & ſine cuſtode ſecurũ.Eſt Anglia etiam metallis diues,Aurum habet,Argentum plumbum & cuprum.Inſunt & Margaritæ,& Gagates lapis qui

Saxones in Anglia.

Anglia vnde appellata.

Ambitus Angliæ.

Noctes æſtatis lucidæ in Anglia.

Venuſti ſũt Angli corpore.

Hoſpitalitas Anglorum.

Lupos nõ gignit Anglia.

Diuitiæ Angliæ

Vina exotica, id eſt aliunde aduecta.

Lundonia vrbs regia.

qui ardet in aqua, & oleo extinguitur. Vinũ non gignit tellus, ſed pro eo Ceruiſia in vſu eſt. Sũt & exotica vina, Vici & villę in Anglia plurimi ſunt & vrbes numero multę. Lundonia gentis caput regiaq; ſedes, quę nunc corrupta voce Londres, copia negociatorũ celebris, & tales infra paucos annos Anglorũ mores erãt. Cęſaris verò tẽpore alios tuebantur.

Antiq Anglorũ mores.

Nefas tunc erat leporẽ, gallinam aut anſerẽ guſtare, alere tamen voluptatis gratia. Mediterranei plærique lacte & carnibus ſine frumẽti vſu, victitabãt, amiciebãturq; pellibus.

Glaſtum.

Glaſto ora inficiebãt qui color eſt cæruleus, vt in pugna horridiores eſſent, capillo promiſſo, pręter caput cæterum corpus raſitare.

Connubia vno tẽpore multa.

Mulieres vno tempore denis & amplius viris matrimonio locari, habereq; eas fratres cum fratribus cõmunes, parentes cum liberis, ac ſi qui ex his nati eſſent liberi habebantur. Strabo autor eſt, Anglos proceros homines ſupra Gallorum ſtaturã eſſe, capillo breuiore,

Manſiones

in quo tamẽ cum Cęſare diſſentit: nemora vndiq; obſepta, vrbes illis fuiſſe & in his tuguria, ſub quibus & domini & armenta ſtabulabantur,

Cœlum in Anglia.

pluuiũ ibi cœlum eſſe magis q̃ niuale, quũ diſſerenaret, latẽ nebulam obtinere terrã vt quatuor circiter horas meridianum ſolẽ nõ aſpiciant.

Scotia.

Scotia ſuprema Angliæ pars eſt ad ſeptentrionẽ tenui freto ſiue fluuio ab inſula dirempta: nec procul inde Hybernia, Hyrlandiã vulgus vocat.

Hybernia. Hyrlandia.

Indiſcreti inſulanorũ habitus, indiſcreta ferè omnia, eadẽ lingua, ijdem mores, ſubita ingenia, & in vltionẽ prona, ferociaq; in bello inſignis, ſobrij, et inediæ patientiſſimi, eleganti forma, ſed cultu negligentiore.

Scoti vnde nuncupati.

Scoti à pictura corporis nuncupati, vt quidã arbitrantur, vetus & vulgare fuit pectꝰ

brachia

brachia,manus encauſto figurare,quod in paucis hodie ſeruatur, atq; iiſdem ſylueſtribus veteres ſcriptores,Britannorũ fuiſſe aiunt,quum in pugnam ituri eſſent,corpora ſibi tingere,ad terrorem vt credere par eſt.Inuidi natura,ac cęterorũ mortalium cõtemptores.Oſtentant plus nimio nobilitatẽ ſuam,vt in ſumma etiam egeſtate ſuum genus referant ad regiã ſtirpem.Gaudent mendacio, nec pacem colunt vt cæteri Angli.Scribit pius põtifex dies ibi brumales trium fermè horarum eſſe cæterum & illud mirabile in ea gente obſeruaſſe, Mendicãtes circa diuorum templa lapides in eleemoſynam à prętereuntibus congerere,quibus ad vſum ignis vterentur.Caret lignis ea regio, lapis qui datur ſulphurea eſt materia aut certe pinguis. Refert quoq; Æneas inueſtigatam à ſe ibi arborẽ eſſe,ſed non repertam,cuius caduca folia in ſubiectum amnem prolapſa in volucres verti dicerentur,adijcit audiuiſſe poſteà à locorum peritis id miraculi in Orchadum vna ſpectari.

*Quare corpora tinxerũt Britãni.*

*Dies brumales triũ horarũ in Scotia.*

*Inſulæ q̃dã mirabilia.*

Hybernia Inſula inter ſeptentrionẽ & occidentem ſolem dimidio minor quàm Britannia, cui propinqua eſt:ab hyberno tempore, vt quidam putant,appellata,adeò pabuloſa eſt vt ibi pecuaria (niſi æſtate à paſtibus arceantur) in periculum agat ſatietas. Nullum noxium animal gignit, non araneum, non ranam, nec alit aliunde inuectam: omnia noxia animalia alio aſportata ſolo pulueris iniectu necat. Apes in ea non reperiuntur,mira cœli temperies, fertilitas inſignis. Gens tamen inhoſpita,inculta,crudelis. Sanguine interemptorum hauſto prius victores vultus deturpant.Fas atque nefas eodem animo ducunt. Puerpera ſi quãdo marẽ edidit primos cibos gladio

*De Hybernia & Gentis morib9. Inſulę vbertas.*

*Nullũ noxiũ animal in Hybernia.*

*Hybernorũ barbari mores.*

dio imponit mariti,inq; os paruuli ſummo mu-
crone auſpicio alimentorum leniter infert,& gen
tilibus votis optat,non aliter,quàm ſi in bello &
inter arma mortem obeat.Qui cultui ſtudent,den
tibus marinarum beluarum inſignium enſium ca
pulos exornant,candicant enim ad eburneam cla-
ritatem. Viris pręcipua gloria in armis eſt. Mon-
tium incolæ carne lacte & pomis victitāt, magis
venationi & ludis,q̄ agreſtibus operibus dediti.
Mare quod inter Hyberniam & Angliam inter-
luit vndoſum inquietum toto anno:non niſi ęſti-
uis pauculis diebus eſt nauigabile, nauigant autē
vimineis alueis,quos circundant ambitione ter-
gorum bubalorum.quantocunq; tempore curſus
tenebit,nauigantes eſcis abſtinent:freti latitudinē
in centum viginti millia paſſuū diffundi,qui fidē
ad verū ratiocinati ſunt æſtimarunt. Qui Syllurā
inſulam tenent homines etiam nunc vetuſtū mo
rem cuſtodiunt. Nundinas ac nummum refutant,
dant res & accipiunt,mutationibus neceſſaria po
tius quàm precijs parant.Deos percolunt, ſcienti
am futurorum pariter viri & fœminę oſtentant.
Ebudum inſularum quarū quinq; ſunt,incolę fru
ges neſciunt,piſcibus tantum & lacte viuūt. Rex
vnus eſt vniuerſis,nam quotquot ſunt,omnes an
guſta interluuie diuiduntur.Rex nihil ſuū habet,
omnia vniuerſorum:ad ęquitatem certis legibus
ſtringitur:ac, ne auaritia à vero diuertatur diſcit
paupertate iuſtitiam,vtpotè,cui nihil ſit rei famili
aris,è publico alitur. Nulla illi datur fœmina pro-
pria,ſed per viciſſitudines in quācunq; commo-
tus ſit vſuariam ſumit:vnde ei nec votū, nec ſpes
conceditur liberorum. Thyle inſularum vltima,
quę circum Britanniam iacent,eſt, in qua ęſtiuo
ſolſtitio ſole in Cancri ſydus faciente tranſitum
nox

Marginal notes: Hybernis pręcipua in armis gloria. — Syllura inſula — Ebudes inſulæ. — Oīa vniuerſorum apud ebudes. — Thyle inſularū vltima.

nox ferè nulla;Brumali ſolſtitio perinde nullus di es.Pomorũ copia eſt,qui illic habitant principio veris inter pecudes pabulis viuunt,deinde lacte, in hyeme cõſpergunt arborũ fructus. Vtuntur fœminis vulgo,certũ matrimoniũ nullis. Alię quoq; exiſtunt inſulæ in Mediterraneo occidentẽ verſus, quæ à Græcis Gymneſiæ ab incolarum nuditate, qui ęſtatis tẽpore abſq; veſtibus incedunt:ab accolis verò ac Romanis Baleares,à fundæ iactu,q; rectius q̃ reliqui lapides iaciant, appellati. Harũ media reliquis maior eſt,demptis ſeptem, Sicilia, Sardinia,Creta,Euboêa, Cypro, Cyrno, Lesbo. Abeſt ab Iberia,quę Hiſpania eſt,diei vnius nauigatione. Minor ad orientem ſpectat,nutriens plurima omnis generis armenta,ſed mulos pręcipuè, qui & magni ſunt & ſonora voce. Vtraq; inſula fertilis ac fructifera eſt,referta habitatoribus, vt qui triginta hominum millia excedant. Ad vini potum,quod raro apud eos eſt,ſunt promptiores Oleo omnino carent:ideo ex Lentiſco & Procidi pe mixtis vngunt corpora. Mulieres adeò præ cæteris appetũt,vt mulierem à pręđonibus captam tribus aut quatuor redimant viris. Habitant in ſaxis concauis,iuxtaq; pręcipites petras. Effoſſis cuniculis ad corporũ tegumenta vtuntur,& vitę ſecuritatẽ. Aureo nummo aut argenteo nõ vtuntur quæ afferri ad inſulam prohibent:exiſtimãt enim eo pacto,cum auro atq; argento careant,ſeſe facilè omnes vitæ inſidias euaſuros. Hanc ob rẽ quũ olim cũ Carthaginenſibus militaſſent, ex ſtipendio impenſo mulieres ac vinum emptum ſecum tulere. Mirandum verò quod in nuptijs de more ſeruant:in epulis enim quæ cum domeſticis amicisq; in nuptijs fiunt:primus ſecundusq; & deinceps ſecundũ ętatem reliqui nuptam cognoſcunt:

Nox nulla Dies nullꝰ.

Cõmunia matrimonia.

Gymneſiæ inſulæ Baleares inſulæ.

Iberia Hiſpania.

Durus habitãdi ritus

Pecunię nullꝰ vſus.

Nuptã conuiuę per ordinem cognoſcunt.

Vltimus ſpōſo locus ad vxorē datur:priuatim qd etiā,& à cęterorū moribus alienum in defunctorū ſepulchris obſeruāt. Lignis enim mēbra corporis inciſa in vas cōijciunt ſupraq; ſaxa accumulāt. Arma eis ſunt fundę tres, vna caput cingunt altera ventrē,tertia in manibus geſtatur. In prælio lapides multo maiores q̄ reliqui ita robuſtè iactant, vt ab aliquo tormēto lapis miſſus videatur. In vrbium expugnatione lapidū iactu eos quidē q ſupra ex propugnaculis mœnia tuentur,vulnerant. In pugna verò ſcuta galeas omneq; armorū gen⁹ cōfringunt:ita aūt rectè lapides propellunt,vt raro effugiat ictū appetitus locus,quod eis cōtinuus à pueritia vſus prębet,à matrib⁹ ad id certamē coactis. Imponunt enim ſupra erectum lignū panē,ſignū quod iactu petāt,neq; ante cibum capiāt q̄ panē lapide eiectum pro cibo ſumūt permiſſu matris. Nūc de inſula in oceano verſus meridiē reperta,& quę in ea pręter fidē narrantur,deq; inuētionis cauſſa paucis ſunt explicāda. Iambolus à pueritia eruditus poſt patris,qui mercator fuit, obitū,& ipſe mercaturę operā dedit,per Arabiā tranſiens ad aromata emēda,cū ſocijs itineris à latronibus captus primo cum vno ex cōſeruis paſtor deputatus eſt,deinde vnà cum eo à quibuſdā Æthiopibus cōprehenſus,vltraq; maritimā Æthiopiam ductus. Hi quū eſſent externi in expiationē eius regionis capti ſunt. Mos erat his qui ea loca incolebāt Æthiopibus à priſcis tēporibus ex deorum reſpōſo traditus,perq; progenies viginti, annos verò ſexcentos(progenies enim triginta perficiūt annis)obſeruatus duobus hominibus expiationē facere. Habebāt pręparatum nauigiolum ad ferendas maris tēpeſtates aptū,& quod duo viri facile regere poſſent. In id ſex mēſium victu,quod ſatis eſſet

*Marginalia:* Sepulchra. — Arma inſulanorum. — Fundarum vſus. — Iactus peritia. — De inſula,à Iambolo reperta. — Iāboli fortuna.

eſſet ambobus impoſito,viros inducētes manda bāt:vt ſecundū oraculi reſpōſa nauiculam verſus meridiē dirigerēt,venturos eos ad inſulā eſſe fœlicē & humanos homines,qui beatè viuerēt. Eodē modo & eorū patriā,ſi ipſi in inſulā ſalui perueniſſent,ſexcētis annis in pace fœlicitateq̧ futurā. Sin verò longitudine maris territi curſum retro verterēt,tāq̄ impios ac ſceleſtos omni eorū genti magnarum calamitatū cauſſam præbituros. Æthiopes verò aiūt dies agere iuxta mare feſtos,ſacraq̧ facere optantes,quo ſolita fiat expiatio,proſperū nauigantium curſum. Hi poſt quatuor mēſiū nauigationē multis acti tēpeſtatibus,ad inſulā deferuntur figura rotūdā ſtadiorū ambitu quinq̧ milliū:inſulæ appropinquātibus,accolę quidā obuij ſcaphā deducunt,alij accurrentes mirātur alienigenarum aduētum,eos humaniter benigneq̧ ſuſcipiunt,quę apud ſe erāt illis cōmunicantes. Sunt eius inſulę homines corpore ac moribus haud noſtris ſimiles,eadē tamē corporis forma,ſed q̄ magnitudine quatuor cubitos excedat,horū oſſa veluti nerui quo velis flectuntur reflectunturq̧. Corpore ſunt pluſq̄ nos,agili ac robuſto. Nā ſi q̄d manibus ceperint,nemo eripere ex digitis poteſt:pilis corporis adeò perpolita,vt ne parua quidē lanugo appareat. Pulchri ſunt decori & corpore cōpoſito: Auriū foramina multo noſtris patentiora queādmodum & lingua à nobis differunt. Habet enim eorū lingua priuatim quid,tum à natura, tū ab ingenio datū,diuiſam enim linguā natura dedit,qua ſcinditur in inferiori parte,vt ab radice duplex eſſe videatur. Ita varia vtūtur loquela,vt nō ſolum voce hominū loquātur,ſed auium diuerſarum imitātur cātus,Et quod admirabilius videtur vnā cum duobus hominibus perfectè ſimul

Æthiopum maritimorū expiatio

Inſulæ deſcriptio.

Hoīm mirabiliū deſcriptio.

Lingua duplex à natura hominibus.

reſpondēdo,tum diſputādo loquuntur:vna enim linguę parte vni loquitur,reliqua alteri. Purū ibi eſſe integro anno aërē cōſtat,quēadmodum Poëta ſcribit,Pyrum ſupra pyrum,malū ſupra malū, vuā ſupra vitem ſeneſcere:eſſe inſuper tradunt cōtinuo diē parem nocti. Circa meridiē nullam fieri rei alicuius vmbrā quum ſupra verticē ſol exiſtat. Viuunt autē ſecundum cognationes ac cœtus,qui tamē quadringentos non excedāt.Habitāt in pratis ferente abſq; cultura ſpōte ſua vberes fructus terra. Nā inſulę virtus aërisq; tēperies terram ſua ſpōte frugiferā,vltra q̄ ſatis eſt,reddit. Naſcuntur apud eos arundines plurimę ferentes vberē fructū albo eruo perſimilē:hos collectos ſpargunt aqua calida,quoad auctus ouis columbæ magnitudinē æquat,ex his poſtmodum cōtritis panē conficiūt dulcedine pręſtantē.Sunt etiā in ea aquarū fontes permagni,ex quibus partim aquę calidę ad vſum balneorum,ad curandosq; morbos manant: partim ſumma dulcedine frigidę, quę ad valitudinē conferunt.Eſt quoq; omnium doctrinarum maximéq; aſtrologię apud eos cura. Vtunt literis quas habent viginti & octo ſecundum virtutē ſignificādi,characteres verò ſeptē,quarum quęlibet quatuor interpretatur modis. Longiſſimę ſunt ętatis vt qui annis centum quinquaginta vitā agāt, & abſq; aliquo(vt plurimum)morbo. Si quis febricitat,aut corpore æger fuerit,mori ſtatuta lege cōpellunt. Nō ſcribunt per latus,vt nos,ſed à ſuperiori parte recta linea ad inferiorē.Mos eſt eis ad certā vſq; ætatē viuere,qua perfecta,variā ſibi mortē ſponte conſtituunt. Gemina eſt apud eos herba,ſupra quam ſiquis iacet in ſuauem deductus ſomnū moritur. Mulieres minimè nubunt,ſed omnibus ſunt cōmunes. Simili modo & filij educantur,cōmuniq;

Inſulæ vbertas

Terra abſq; cultura frugifera.

Fontes ſalubres

Doctrinarum cura.

Literæ

Lōgęuitas

Æger mori lege cōpellitur.

Viuēdi certa meta.

Herbę mortē inducentes.

Matrimonia coïa.

nuniq; amore ſunt omnibus. Abducunt ſæpius
nutriētibus infantes ne matres filium recogno
cāt.Quo fit,vt quum nulla ſit apud eos ambitio,
ut pręcipua affectio,cōcordes abſq; ſeditione vi
ant. Eſſe inſuper ea in inſula animalia magnitudi
e quidē parua,ſed natura & ſanguinis virtute ad
nirabilia,corpore ſunt rotundo ac teſtudinibus ſi
nili duabus lineis inuicē per medium tranſuerſis
n quarum cuiuſlibet extremo ſit auris & oculus,
vt quatuor oculis videant,totidēq; audiant auri
bus. Vnicis ventre atq; inteſtinis,in quæ comeſta
confluunt. Pedes circum habēt plures,quibus in
vtrāq; partē ambulant. Huius beluæ ſanguis mi
rabili aſſeritur virtute. Omne enim corpus conci
ſum dum ſpirat hoc tinctum ſanguine cohæret.
Quiſq; cœtus nutrit magnas diuerſę naturę aues,
quibus experiuntur quales filij ſint futuri, Impoſi
tis enim ſupra aues infantibus ſi volātes per aēra
immoti non expaueſcant,educāt. Si verò timore
ignauiaq; deficiunt,proijciuntur,vt neq; diutius
victuri & animi exercitio inutiles. Cuiuſlibet cœ
tus ſenior alijs tanq̄ rex cui parent omnes, impe
rat. Annis centum quinquaginta actis ſeipſum vi
ta ex lege priuat: poſt eū ſenior accipit principatū.
Mare quo inſula circundatur fluctuoſum, & q̄d
motus ingētes facit, dulcis eſt aquæ guſtus. Arct⁹
& plęręq; ſtellæ quę nobis apparēt, minimè ab il
lis conſpiciūtur. Sunt & alię ſeptem inſulæ pari
magnitudine, paribusq; ferè interuallis diſtantes,
quæ eiuſdem gētis legiſq; exiſtunt. Omnes eas in
colentes, quamuis terra ſua ſponte abunde victū
ferat, his tamē modeſtè vtuntur. Simplices enim
cibos appetunt, nutrimentum quod ſatis eſt quę
rētes. Carnibus tum aſſis, tū elixis veſcuntur. Co
quorū artē varijsq; ſaporibus condita vt inutilia

Animalia admirabilia.

Sanguis medicinæ vtiliſſimus

Senior cuiuſlibet cœtus rex

Alię inſulę ſeptem.

Victus inſulanorum

Religio. reijciunt. Deos & eũ, qui oĩa cõtinet, ſolẽq; & reliqua cœleſtia colunt. Piſces auesq; varij generis capiunt. Naſcũtur ibi ſua ſpõte arbores fructiferę, Oleæ & vites, ex quibus olei & vini copiã educunt. Serpẽtes magnos ſed innocuos inſula producit, quorũ carnes mirę dulcedinis edunt. Veſtes parãt ex lanugine molli ac ſplendida ex medio arundinũ ſumpta, qua maritimis tincta oſtreis veſtimẽta purpurea cõficiuntur. Varia exiſtunt animãtia, vt quia propter opinionẽ haud facilè credita. Certum viuẽdi ordinẽ ſeruant, vnico cibo dietim cõtenti. Nã certo die piſces, alio aues, quãdoq; terreſtria animalia edunt, oleo aliquãdo ſimpliciq; mẽſa vtuntur. Diuerſis ſunt exercitijs dediti, quidã inuicẽ miniſtrãt, alij piſcãtur, alij exercẽt artes, nõnulli circa alias res vſui cõmodas occupãtur, quidam exceptis ſenibus partitis inuicẽ operis ſeruitio vacãt. In ſacris ac diebus feſtis hymnos in deorũ, & maximè Solis, laudes canunt, cui ſe & inſulas dicarũt. Mortuos in littore ſepeliũt, cadauer quũ mare fluit, arena obruentes, vt aquę fluxu inundatione; exaggeretur locus. Calamos ex quibus fructũ decerpunt augeri aiũt minuiq; ad lunę modũ. Fontiũ aqua dulcis ac ſana caliditatẽ ſeruat, niſi frigida aqua aut vinũ immiſceatur. Iambolus & q cũ eo acceſſerat quũ ſeptẽ annis in inſula mãſiſſet, tandẽ inuiti eiecti ſunt, tãq̃ mali, maliſq; morib⁹ aſſueti. Igitur pręparata rurſus ſcapha, cibiſq; impoſitis abſcedere coacti mẽſibus quatuor ad Regẽ Indiæ peruenere, à quo poſteà ſaluo conductu per Perſidem in Græciam dimiſſi ſunt.

Serpẽtes innocui & eſui apti.

Exercitia & ſtudia.

Sepulchra.

Aquæ mirabilis natura.

## DE TAPROBANA INSVLA & gẽtis eius moribus. CAP. XXVII.

TAprobanen Inſulam anteq̃ temeritas humana exquiſitio penitus mari fidem pãderet, diu

orbem

orbem alterum putauerunt, & quidẽ eum quem habitare, Antipodes crederẽtur: verum Alexãdri magni virtus ignorantiã publici erroris nõ tulit vlterius permanere, ſed in hęc vſq; ſecreta propagauit nominis ſui gloriã. Miſſus igitur Oneſicritus prętectus claſſis Macedoniæ, terrã iſtam quanta eſſet, quid gigneret, quo modo haberetur explorată notitię noſtræ dedit, patet in longitudine ſtadiorũ ſeptẽ milia, in latitudine quinq; milia: ſcinditur amne interfluo. Nã pars eius beſtijs & elephantis repleta eſt maioribus multo, q̃ quos India: partẽ homines tenẽt, Margaritis ſcatet & gẽmis omnibus, ſita eſt inter ortum & occaſum, ab eo mari incipit quod pretũ Indiæ eſt. A Praſia Indorum gente dierum vigintiquinq; primo in eã fuit curſus, ſed cũ Papyraceis & Nili nauibus illo pergeretur, mox curſu nauiũ noſtrarum ſeptẽ dierũ iter factum eſt. Mare vadoſum interiacet altitudinis nõ amplius ſenum paſſuum. Certis aũt canalibus adeô altum, adeoq; depreſſum, vt nullæ vnq̃ anchoræ ad profundi illius ima potuerint peruenire. Nulla in nauigando ſyderum obſeruatio, vtpotè vbi ſeptẽtriones nequaq̃ aſpiciuntur, Vergiliæ nũquàm apparent, Lunam ab octaua in ſextã decimam tantum ſupra terram vident. Lucet ibi Canopos ſydus clarũ & ampliſſimũ, Solẽ orientẽ à dextra habent, occidentẽ à ſiniſtra habẽt. Sub Claudij adhuc principatu æs ſignatũ ignorabant, Pecunia maximè ſtupuiſſe traduntur, ꝙ ſignata diſparibus foret vultibus, parẽ tamẽ haberet modũ ponderis. Excedunt homines corporũ magnitudine alios omnes, Crines fuſco imbuunt. Cæruleis oculis, atroci viſu, terrifico ſono vocis, quibus immatura mors eſt. In annos centũ æuum trahunt. Alijs omnibus annoſa ætas, & penè vltra huma-

Alexandrĩ magni virtus.

Inſula ab Oneſicrito reperta.

Taprobanæ ambit⁹.

Mare vadoſum.

Canopos ſydus.

Taprobanę hoïes.

nam extenta fragilitatē. Nulli aut per diem aut ante diem ſomnus. Noctis partem quieti deſtinant, lucis ortum vigilia anteuertunt. Ædificia modicè ab humo tollũt. Annona ſemper eodē tenore eſt, vites neſciunt, Pomis abundãt. Colunt Herculē. In regis electione non nobilitas prȩualet, ſed ſuffragiũ vniuerſorum, populus enim eligit ſpectatũ moribus & inueteratȩ clementiæ, & iã annis grauē. Sed hoc in eo quæritur cui liberi nulli ſint. Nã qui pater fuerit, etiam ſi vita ſpectatus eſt, non admittitur ad regendum, atſi fortè dum regnat pignus ſuſtulit, exuitur poteſtate. Idq; eo maximè cuſtoditur ne regnũ hȩreditarium fiat, deinde etiam ſi rex maximã prȩferat æquitatem, nolunt ei totũ licere. Quadraginta rectores accipit, ne in cauſſis capitũ ſolus iudicet, & ſic quoq; ſi diſplicuerit Iudicatũ ad populũ prouocatur. A quo datis Iudicibus ſeptuaginta, fertur ſentētia, cui neceſſario adquieſcitur. Cultu rex diſſimili à cȩteris veſtitur. Quòd ſi etiam ipſe in aliquo peccato argutus ſit, ac conuictus, morte mulctatur. Nõ tamen vt cuiuſq; attrectetur manu, ſed conſenſu publico rerũ omniũ interdicta ei facultate etiã colloquij poteſtas punito denegatur. Culturæ ſtudent vniuerſi, venatibus indulgent, nec plebeias agunt prædas, quũ Tygrides & Elephãti tantũ requirãtur. Maria quoq; piſcationibus inquietãt, marinasq; teſtudines capere gaudent, quarũ tãta eſt magnitudo vt ſuperficies earũ domum faciat, & numeroſam familiã non arcte receptet. Maior pars Inſulȩ huius calore ambuſta eſt, & in vaſtas deficit ſolitudines, latus eius mare alluit peruiridi colore, fruticoſum adeò, vt Iubæ arborũ plerũq; gubernaculis atterantur. Mirantur aurũ, & ad gratiam poculorum omnium gemmarũ adhibent apparatũ.

Rex ſuffragio creat.

Rex liberis carere debet.

Iudiciorũ pulchra inſtitutio.

Rex peccãs morte mulctatur.

Gentis ſtudia.

Teſtudinũ Marinarũ magnitudo.

Se cãt

Secant marmora teſtudinea varietate. Margaritas legũt plurimas maximasq́;. Et hę ſunt gentes, hæ nationes: quarũ mores, ritus & inſtituta ab hiſtoriographis ipſis paſſim celebrata ſunt, & potiſſimum quę potuerũt aliqua ſui excellētia & dignitate ad cognitionem noſtrã peruenire. Permultas adhuc eſſe fateor, quæ à me aut prętergreſſæ ſunt, aut partius attrectatæ: quum de illis ſcribere non plura potui q̃ inueni, vt qui apud eas non fui, nec cognoui, neq́; qui oĩm cõſcius eſſet (præter imortalem deum) dicere ſatis poſſe exiſtimaui. Ipſe eni ſolus eſt qui nouit oĩa, & ſolus qui poteſt. Ipſe eſt qui prima ipſius orbis fundamēta in orbem cõiecit, & immenſi maris aditũ & ſemitã mortalibus patefecit: quiq́; vitę huius cõmoditates oẽs, diuitias, dignitates, honores pręſtitit: quive ſydera diſcernẽs, vnicuiq́; quã voluit ſortẽ tradidit: quibuſdam enim vt terrã colerent, atq́; inde ſibi diuitias & opes cõpararent: aliis autem vt pelago acti, aut piſcarentur ſibi victũ, aut mercimonia commutarent: aliis vt ſcientiæ & philoſophiæ ſtudiis ſe dederẽt, atq́; inde honores aucuparentur & laudes. Multis etiam vt cæteris præeſſent, iuberẽt & imperarẽt. Ideo nõ mirandũ, ſi hoĩes variam inter ſe nõ ſolum fortunã, ſed etiam naturã, mores & viuendi ritus ſint cõſequuti: quum videmus regiones & loca eam quoq́; varietatẽ adepta, poſtquã vna quidem lacteos hoĩes pariat, alia ſubalbidos, alia fuſcos, alia prorſus aduſtos, aut ſimiles multis floribus, quales Aſſyria generat. Sic enim ſtatuit Deus, vt homines varij quoq́; ingenij, & multiformis animi ac induſtriæ, quemadmodum & cætera, naſcerentur, atque vt vnuſquiſq́; ſua contentaretur ſorte.

Concluſio libri.

Excuſatio autoris.

Deus ſolus oĩa nouit & poteſt.

A deo cuiq́; ſors ſua conceſſa.

Vnde morũ diuerſitas.

# DE REGIO-
# NIBVS SEPTENTRIONA-
## libus, earumq; gentium ritibus, ve-
## terum ſcriptorum ſæculo fe-
## rè incognitis.

## DE SCHONDIA.

SChondiam, tabulæ aliquæ Germaniæ particulares Schondenmarchiam, ſiue Schōdaniam, i. amœnam Daniam vocarunt. Plinius aliquo loco Scandiam, alio rurſus Scandinaniam (ſi fides tamen exemplaribus eſt,) nominauit, ſed manſit illi Schondię nomen, quod amœnitatem (ſiue vt verbum reddam) pulchritudinem ſignificat, quoniam cœli beneficio, telluris obſequio, portuum & emporiorū commoditate, maritimis opibus, lacuum & fluminū piſcatione, venatione nobilium ferarū, auri, argenti, æris & plumbi inexhauſtis venis, coloni induſtria agro exercendo, oppidorū frequentia, ciuilibus inſtitutis, nullę cedit beatę regioni.

Schondiam veteres Latini & Græci ferè incognitam habuerūt: argumento eſt, ꝙ iſtic terrarum zonam frigidam perpetuis damnatam niuibus, omniſq; animantis impatientem dixerūt magno conſenſu. Pauci modo eius mentionem tanquam habitatę fecerūt, inter quos Plinius. Quarū clariſſima (inquit libro quarto) Scandinania eſt, incompertę magnitudinis, portione tantū eius quod ſit notum, Hillenionū gente quingentos incolente pagos, quę alterum orbem terrarū eam appellat,

nec eſt

nec eſt minor opinione Eningia. Hęc Plinius. Alīj Plinio etiam antiquiores, fortunatas terras, & homines macrobios, atq; omnium iuſtiſſimos mortalium ſub hoc terrarum tractu poſuerunt.

Itaque non aliis terris veniūt pelles nobilium ferarū præſtantiores Sabellæ, quibus in orbe noſtro pretium prope immane, & æſtimatio ſecundum aurum & gemmas in regio inſtrumento eſt, inde exportantur. Et quod miremur, non alio q̃ hyeme tempore electiore venātur, quoniam tūc pilus denſior eſt, & cutis fidelius hæret.

Circumſcribitur autem Schondia ab occidente oceano Hyperborico: à ſeptētrione, terra incognita, ab oriēte parte Ruſſię albę et mari Balthio: à meridie Gothano ſinu, & parte Daciæ.

Complectitur verò imperia regia tria, Noruegiam, Sueciam & Gothiam. Dinaſtas verò quę regibus parent. xxxvīj.

## DE GRONLANDIA.

GRonlandia interpretatur virēs terra, ſic dicta ob inſignem prouentū pabuli. Cuius & pecoris quanta ſit copia hinc licet ſpectare, q̃ ſub tempore quo ad eos nauigatur componūt promercales ingentes ſtrues butyri & caſei, vnde etiam cōiectamus terram nō eſſe aſperam montibus.

Epiſcopales eccleſias duas habet, ſub ordinatione Nidroſieñ. Vni datus eſt his proximis annis Pręſul, ſuffraganei tantū titulo, quoniam dum Metropolis negligētius intēdit illic directioni religionis, propter locorū diſtātias & difficiles nauigationes, Populus ferè eſt relapſus ad gentilitatē, alioqui ingenio mobilis, & magicis artibus impenſe deditus.

Feruntur magicis carminibus ciere tempeſtates maris, & inuoluere periculis peregrinas naues

quas

quas ſunt prædaturi. Ipſi enim ſcorteis & ſubtili bus nauigiis vtũtur, tutis à quaſſatione maris & ſcopulorum. Ad hunc modum laborantes, alias adoriuntur.

Gronlandiæ deſcriptio ſic habet: Latus eius orientale Noruegiam reſpicit, ad occidentem & ſeptentrionem terminatur incognito fine terrarũ & marium.

## DE ISLANDIA.

ISlandia, id eſt, glacialis terra, hęc eſt Tyle, nulli veterum non celebrata.

Tylenſes continentiſſimi dicuntur à Saxone Grammatico. Religione ſunt Chriſtriani. Propriam ſcripturam habent, vt tota Schondia.

Rẹs memorabiles maiorum & ſui temporis conſcribũt & celebrãt cantibus & rithmis: denique ſcopulis & promontoriis inſculpunt, vt nulla niſi cum naturæ iniuria intercidant apud poſteritatem.

Situs inſulæ extenditur inter Auſtrum & Boream, ducentorũ prope ſchœnorum longitudine.

Ipſa multa ſui parte eſt montoſa & inculta. Qua autem parte eſt plana, præſtat plurimum pabulo, tã læto vt pecus depellatur à paſcuis, ne ab aruina ſuffocetur.

Præterea, inſula eſt prædicanda inſolitis miraculis: Rupes ſiue promontorium eſt quod æſtuat perpetuis ignibus inſtar Ætnæ. Is locus eſt carcer ſordidarum animarum. Glacies etiam certa appellitur littori magnis molibus, cuius ſi cruſta adſeruetur quamuis magna diligentia, tamen diſpar ſtatim atque reſiqua eius generis glacies recedit à promontorio in altum.

Comperiuntur illic ſpiritus ſe exhibentes manifeſtos humanis miniſteriis. Submerſorum ſiue alio violento caſu eiectorum ſpectra ſeſe offerunt congreſſibus notorum hominum, tam manifeſta vt tanquam viuentes accipiantur ab ignaris mortis illorum data dextera, nec deprehenditur error priuſquam ſpectrum diſpareat.

Incolæ plurimũ præſagiunt fata principum.

Ciuitates in ea mediterraneæ ſunt: Holen epiſcopalis, & Scalholten etiam epiſcopalis.

## DE LAPONIA.

LAponia dicta eſt à populo quo habitatur. Vocant verò Germani Lapones, eos qui parum idonea rei præſenti dicũt & faciunt, quos Romana lingua dicet (puto) ineptos, inſulſos, bardos.

Sunt verò Lapones ſtaturę modicæ & corpore vſqueadeò agili, vt accincti pharetra & arcu tranſmittant ſeſe per circulum diametri cubitalis.

Pedeſtres pugnãt arcu armati vt ferè Tartari.

Artem iaculandi docentur à pueris, vtq; antiquitus apud baleares, ſic apud Lapones ætate noſtra puero nõ datur cibus priuſquam attigerit ſagitta propoſitum ſignum.

Veſte vtuntur ſtricta, & toti aptata corpori, ne quid impedimenti faciat operi.

Hyeme vtuntur veſte pellibus integris Phocarum ſiue vrſorum artificioſe laboratis, eas modo aſtringunt ſupra caput, ſoliq; oculi patent, corpore reliquo toti contecti ſunt, quaſiq; in culeum inſuti, niſi q́ hæc expreſſa per membra omnia ad commoditatem nõ ad pœnam laborata ſit. Hinc puto temere creditum eſſe, q́ ſint corpore hirſuto inſtar brutorũ, pars ita referentes ob ignorãtiam,

pars ob voluptatem, quam inde pleriq; capiunt, vt ſupra fidem rerum dicant omnia comperta ſibi apud remotas terras. Sic verò arte & induſtria muniti Lapones perferũt foris hyemes & aquilones, & omnem iniuriam à cœlo.

Domos non habent, ſed tabernacula quaſi caſtrenſia, manſionesq; ſæpe transferunt.

Amaxobij ſunt, venationibus plurimũ ſtudẽt, ferarũ quoq; tanta copia eſt, vt paſſim cedantur.

Nefas eſt mulierem exire tabernaculum, ianua qua vir éo die eſt ad venationẽ profectus. Etiam religio eſt ne manu contingat feram captã, ſed vir porrigit mulieri veru præfixum quantum illi carnis impertit. Agrum non colunt.

Terra ſerpentem non fert, ſed culices illic ſunt grandes & infeſti.

Piſces capiunt plurima copia, hocq; prouentu viuunt Ichthiophagorũ Æthiopum more, atque vt hi feruore nimio, ſic illi frigore exponũt piſces & edomant in farinam. Tantum denique ſupereſt capturæ, vt eius plurimũ condant in Cetariis, & exportent in vicinas terras Northbothniam & Ruſſiam albam.

Nauigiis vtuntur nullis clauis, ſed neruis & viminibus compaginatis. His per rapidiſſimos fluuios inter montes Laponiæ deferũtur, æſtate nudi vt in periculo enatare valeant, & colligere ex naufragio merces.

Pars artificia exercent, pingunt acu ad delicias, & faciunt veſtes intextas auro & argento.

Qui ad vſum quippiam artis repererint, & qui receptũ ab aliis excoluerint, honorantur publicè, videlicet, veſte donãtur cui ſit intextum argumentum excultę artis, atque hoc inſigne in familia manet ad poſteritatem.

Naues,

Naues,dolia,& omne inſtrumētum domeſticum probe fabricāt,& exportant in viciniam.

Commertia permutatione & pecunia agunt, mutuo conſenſu tantum, & nullo ſermone communicato, atq; iſtud nō propter ingenij inopiam & mores brutos, ſed q linguam habeant peculiarem, & ignotam vicinis.

Gens validiſſima eſt,& diu libera fuit,& arma ſuſtinuit Norduegiæ,Sueciæq;,donec cōceſſit tandem ſub imperium,& tributum pendit pretioſas ferarum pelles.

Præſidem eligunt propriis arbitriis, quem Regem vocant, verum Rex Sueciæ ius adminiſtrationis donat. Is veſte rubra induitur, hoc eſt ipſi inſigne regium.

Deniq; populares veniunt in Sueciam pro cognitionibus dubiarum cauſſarum.

In itinere hoſpitium aut omnino tectum non ſubeunt,ſed agunt noctes ſub diuo.

Equos non habēt,ſed eorū loco feram domāt, quam ipſi Reen dicunt. Hæc eſt fera iuſtæ magnitudinis mulę,pilo propè aſini hirſuto,vngulas habet bifidas, & cornua ramoſa inſtar cerui, ſed humiliora & ramis rarioribus. Equitem dorſo non fert,ſed antilena impoſita iungitur vehiculo. Aſſequitur vigintiquatuor horarū ſpatio centū quinquaginta milia paſſuum,ſiue ſchœnos triginta,q̄d ipſum ſpatium dicūt lingua patria ter mutare horizontem,hoc eſt,ter contingere ſignū quod eminus proſtremū proſpexerint:quod certe indicium eſt magnę cū pernicitatis,tum magnarū virium feręque in tantū ſpatium curſu ſufficit,etiā vbi interim pabuletur. Hāc hiſtoriā putarim veteres q̄q; agnouiſſe, ſed obſcura & dubia quaſi fama excepta, ſiquidē aiūt Scythas quoſdā equitare ceruos.

Religio-

Religionem Chriſtianam neq; ſequuntur, neque etiam refugiunt, tanquã Iudaico odio in eam offenſi, ſed ſubinde admittunt in gratiam regum quibus parẽt. Etiam quo minus plures ſint Chriſtiani, culpa nõnulla eſt Præſulum, qui aut hanc curam inſtituendę gentis abiecerũt, aut fidem Chriſti illic adoleſcẽtem euileſcere rurſus fecerũt, dum ſub eius fidei prætextu ſua etiam vectigalia ſubinferre genti voluerũt, intolerabili exemplo nõ his locis magis q̃ orbi omni Chriſtiano, vt q̊d acerbiſſimas trahere defectiones ſolet.

Is ſtatus eſt religionis apud Lapones, tamen ſuopte & à maioribus recepto inſtituto ſunt idololatræ. Et q̊d mane animantiś occurrit procedenti, ex eo capit omen euentus diei, & idem in diem colit.

Statuas etiã lapideas erectas in montibus pro diis habent.

Fœderant coniugia, ea auſpicantur in igne & ſilice, myſterio cõiugali tam apto, (vt putant) vt eo nihil ſit aptius. Vt enĩ ſilex latentẽ in ſe ignem habet qui concuſſione emicat, ſic in vtroque ſexu eſt recõdita vita, quę tandem profertur mutua copula in prolem viuentem.

Pręterea incantatores ſunt perefficaces. Magicos nodos tres nectũt, pendentes à loro: vbi vnũ ſoluerint cient ventos tolerabiles: vbi alterũ, vehementiores: vbi tertium, mouent apertam tempeſtatem, quemadmodum & veteres fulmina eliciebant. Ea arte iſti vtũtur in nauigantes ex arbitrio, ita vt his fauere vel minus viſum fuerit, ita ſiſtunt & mouent flumina & maria.

Faciunt quoque è plumbo iacula magica, breuia ad modum digiti, ea emittũt per quamuis diſſita loca in eos de quibus vindictam expetunt.

Hi obor-

Hi oborto carcinomate à crure vel brachio intra triduum vehementia doloris exanimantur.

Sol occidit illis locis,& ducit noctem vnam, continuam, perpetuam, per tres ferè menſes brumæ:per quos quidem tres menſes non habent lucem,niſi qualem crepuſcula clariſſima quidem,ſed in pauciſſimas horas, qualesq; lunares ſplendores faciunt. Itaque diem quo ſol ad hemiſphærium redit, feſtum habent, & ducunt lætitiam ſolenni feſtiuitate.

## DE NORTVEGIA.

NOrtuegia, id eſt,ſeptentrionalis via. Fuit regnum hoc aliquãdiu admodum florẽs,& imperium tenuit per Daniam & Friſiam & late per Inſulas,donec domeſticum imperium per hęreditariam ſucceſſionem adminiſtratum fuit. Poſtea ſub interregno, cõſenſu procerum inſtitutum eſt, vt reges per electionẽ ſuſciperentur, arbitrati eos hoc æquius adminiſtraturos regnum, quo minus forent cõfirmati per nouitatem. Sed euenit dum quiſque vt opibus, ambitione & fauoribus affinitatis præſtitit,ita in ſpem maiorem venit regni aſſequendi,vt factionibus diſtraherentur,ſeſeq; etiam inferrent ad occaſionem capiendi regni externi,qui adiuuarent & deſtituerent partes cõcertantes,vt viſum ſibi è re fuit. Itaque eſt hoc tempore ſub poteſtate Danorum. Hi nõ legitimos modo redditus & tolerabilia vectigalia imperãt, ſed omnia cõmoda transferunt in Daniam.

Hæc fortuna eſt Nordüegiæ, neque ipſa ædificia vrbium ſuam amplitudinem & dignitatẽ veterem tueri poſſunt,nec ſpes eſt ſtatus reparandi. Publici enim cõuentus in rem non admittuntur, nemo ex arbitrio ſuo referre audet, aut opere tentare,incertus de omnium conſenſu. Ad hanc diffi

cultatem accedit qualitas locorũ, habet enim Da⸗nia in poteſtate nauigationes oẽs Nortuegianas, neque hæc exercere mare poteſt, neque exportare merces,hoc rege hoſte. Præterea á cœlo, á tellure, á mari nequaquam humilis aut parum felix exiſtimata.

Hæc mittit in reliquam Europam piſcem ex genere Aſellorum, frigore induratum & extentũ in fuſtem, vnde & eum Germani dicũt ſtocviſch. Captura eius laudatiſſima eſt Ianuario,quãdo ſupereſt frigus vt induretur, & qui clementioribus menſibus fuerunt capti marceſcunt, neque ſunt idonei vt exportentur.

Occidentale eius littus totum,infeſtũ eſt verno tempore balęnis vaſtæ magnitudinis, adeó ꝙ ad centum perueniunt cubitos. Hæ tunc gregatim conueniunt ad prolificandum.Naues vel quę in earum corpora vel in vortices aquarum quos hæ faciunt inſtar Charybdis agitatione ſua delatę fuerunt, periclitantur. Remedium eſt autem nauigantibus caſtoreum dilutum aqua, & in mare effuſum. Hoc tanquam aconito petitus grex balænarum, totus repente diſſipatur & in profundũ fertur. Rugiunt horrendum, Spiracula duo habent in ſumma fronte patentia ad cubiti proceritatem, hæc tecta ſunt folliculo, reſpirantes efflant vndas in modum denſi nimbi. Spina dorſi reperitur continens amplexu vlnas tres, internodia ſingula vnam. Longæ minus cubitis ſexaginta condiunť in acetariis. Maiores inutiles cibo ſunt propter non domabilem aſperitatem.

Eſt ſuper auſtrali ripa omnium eccleſiarũ per Nortuegiam, Islandiam, Gronlandiam & inſulas adiacentes metropolis, Nidroſia. Fuit nobilis in primis ciuitas ſub florẽte Nortuegiæ imperio, conti-

continens in ambitu parochias (quaſi dicas regiones vrbis) vigintiquatuor, nunc in vici formam redacta eſt. Vocatur lingua Germanica Trutheym, quaſi Druydum domicilium. Extat hodie eccleſia cathedralis argumentum veteris fœlicitatis, cui magnitudine & laborati lapidis artificio par opus non eſt ſub orbe Chriſtiano. Crepido circum altare corrupta fuit incendio, ea reparabatur eo tempore quo iſta ſcriberemus. Id fuit circiter annum M. D. xxx. In quam quidem crepidinem reparandam impenſę imputantur ad ſeptē milia aureorum. Atque á tantilla parte æſtimatio præſtantiæ fiat templi totius.

Tractus totus litoralis Norduegiæ eſt mitis, mare nō conglaciatur, niues non diu durant.

Habet etiam terra hæc peſtem peculiarem, quam Leem vel Lemmer vocant patrio ſermone. Hæc eſt beſtiola quadrupes, magnitudine ſoricis, pelle varia. Hæ per tempeſtates & repentinos imbres decidunt. Incompertum adhuc vnde, an ex remotioribus inſulis & huc vento delatæ, an ex nubibus feculentis temerè natæ deferantur. Id verò compertum eſt, quôd ſtatim atque deciderunt reperiuntur in viſceribus herbę crudę nondū concoctæ. Hæ more locuſtarum depaſcūtur omnia virentia, & quę morſu tantū attigerint emoriuntur virulentia. Viuit hęc peſtis donec nō guſtauerit herbam renatam. Conueniunt quoq; gregatim quaſi hirundines auolaturæ, ſed ſtato tēpore aut moriuntur aceruatim cum lue terræ, ex quarum corruptione aër fit peſtilens, & afficit Norduegos vertigine, & icteriſi, vel ab aliis beſtiis dictis Lefrat conſumuntur, vnde pingueſcunt & reddunt pelles aliquanto laxiores humana menſura.

Eſt in ea lacus Mos,in cuius medio inſula Hoſſuuen.In eo lacu apparet oſtentum, Serpens miræ magnitudinis,qui(vt Cometę orbi reliquo)ſic is portendit Norduegię mutationem rerũ. Viſus eſt recentiſſimè anno ſalutis M.D.xxij. altè eminẽs ſuper aquas,cõuolutus in ſpirã, exiſtimatus eſt coniectura collecta procul viſu cubitorũ quinquaginta,& fuit ſequuta eiectio regis Chriſtierni.

Sunt in eadem præter cæteras, inſulæ tres:Lofoth,Langanas & Vaſtral.Inter has mare appellatur Muſcoſtrom,id eſt,æſtus:hic mare ſorbetur intra cauernas accedente fluxu, & reflatur refluxu, quanto maximo impetu deferũtur torrentes. Nauigatur hoc mare donec inferius eſt faucibus ſcopulorũ, & qui iniquo tempore interciderint, feruntur præcipites in voraginem. Naufragiorũ reliquiæ perrarò redduntur, & ſi quando redduntur, reperiuntur robora attrita colliſione ſcopulorum,vt lanugine quaſi obducta videãtur.Hęc eſt potẽtia naturæ,fabuloſas Symphlegadas & formidatam Malæam, & Siculã Charybdim, & omnia miracula ſuperans, quę naturã efficere reliquo mari compertum mortalibus eſt.

Inſulæ circum Norduegiam lætiſſimi pabuli ſunt,& nõ prius menſe Nouembri reducũt pecus in ſtabula,in pleriſque etiam hybernant.

Sunt in ea caſtra,oppida & ciuitates,pręcipuæ Wardhus,id eſt,ſpeculatoria domus, caſtrum validiſſimum , & præſidium impoſitũ Laponibus: Mattcur oppidũ, Bombgang oppidũ,Scyttũgzberg oppidum, Reon caſtrum, Nidroſia ciuitas metropolis:de qua ſuperius:Bergis ciuitas epiſcopalis,Monaſterium beatę Brigittæ, Staffanger ciuitas epiſcopalis,Conſpergh caſtrum & emporium,Akershus caſtrum, Aſloia epiſcopalis, Varne

mona

monaſterium,Saltzburgum emporium, Cõgelle emporium,Bohus caſtrũ munitiſſimũ, ſuper Boreale latus oſtiorũ Trolherę fluuij. Is fluuius tanto fragore decurrit, vt per ſchœnos tres audiatur. Caſtrum regium, Vermelandia ducatus, Hammaria ciuitas epiſcopalis, Edzwald caſtrum, Sderhen caſtrum, Hoff caſtrum, Olaffzburgum caſtrum, Stenwicholin caſtrum.

## DE SVECIA.

SVecia regnum eſt diues argenti, æris, plumbi, & ferri, frugum, pecoris, & prouẽtu immenſo piſcium ex fluminibus, lacubus, & mari, venationibus quoque ferarum.

Eſt in ea Stocholin, vrbs magna, Regia & Emporium Suecorũ, munita natura & arte, ea ſita eſt in paludibus inſtar Venetiarũ: inde ſortita nomen quòd ſita in aquis fundamenta ſint palis ſtabilita. Mare eam ingreditur duobus ramis, tam largis aquis vt naues onerariæ extẽſis velis & toto onere inuehantur.

Angermanniæ ducatus tenet ſeptentrionalia ad confinia Laponiæ: eius tractus eſt totus ſyluoſus, & ibi in præcipuis feris venantur Vros & Biſontes, quos patria lingua dicunt Elg, id eſt, Aſinos ſylueſtres, tantę proceritatis vt ſummo dorſo æquent menſuram hominis porrecti in brachia elata. Midelpathia ducatus eo auſtralior, poſt quẽ Helſingia ducatus, Geſtricia ducatus, Fieringia ducatus, Vpſalia ciuitas metropolis. Hic conditũ eſt corpus Erici Regis & Martyris. Coperdalia ducatus, id eſt, cupri vallis, poſt Lemptiam Ducatum ad Auſtrum. Sub hoc ſunt Dalecarli, gens potens armis.

Poſt hunc Veſtralia ducatus priore auſtralior, Oplandia ducatus, vmbilicus totius Schondiæ.

Veſtrorors vrbs epiſcopalis, inſignis magni-tudine & arce munitiſſima.

Super boreali littore lacus Meler fuit olim vrbs magna, & quę armaret quatuordecim milia hominum, nunc bellis redacta eſt in oppidi formam.

Totus tractus Oplandiæ habet foſſiones argenti, cupri & chalybis.

Sudermannia Ducatus, tenet auſtraliora lacus Meler.

Strengenes vrbs epiſcopalis. Hic conditū eſt corpus Eſchilli epiſcopi & martyris.

Nicopia, vrbs inſignis munitiſſima arce.

Telge oppidum ſuper auſtrali parte lacus Meler. Hic conditum eſt corpus beatę Ragnildis reginæ Sueciæ.

Neritia Ducatus, cuius alumna & princeps fuit beata Brigitta.

Inſulæ & ſcopuli adiacent Sueciæ, quę Oonæ à veteribus dicuntur, manetq; eius nominis ratio hoc etiam tempore. Eſt enim in his innumera copia auium, incolæque proximi littoris adnauigāt menſe Maio, dum aues incubant, & prædantur oua, condiuntque ſale, & ſeruant in multum tempus ad cibum.

## DE GOTHIA.

Gothia interpretatur bona. Dei q̄q; appellatio lingua Germanica eſt Goth, id eſt, bonus. Gothi quo tempore ſobolem emiſerint ad nouas quęrendas ſedes, & quādo Meotidis & Aſiæ littora occuparint, nullis veterū (quod ego compertum habeam) meminerunt. Fuerūt autem cogniti ex eo tempore quo Romani imperium per Illyridem ad Danubium vſq; promouerūt. Atq; adeò ab ætate Cæſaris dictatoris & Octauij Auguſti

maxime inclaruerunt,bellis maximis geſtis ſuper Danubio imperij limite. Tamen ſub hac etiã claritudine,quę Gothia eſſet,& quo terrarũ loco ſita vndeq́; Gothi oriundi eſſent,ad hanc ferè ætatem ignoratum eſt.

Terminatur hęc á ſeptẽtrione fine auſtrali Sueciæ,ab occidente reliquis Norduegiæ montibus, qui ſunt á Sueciæ limite ad Trolhetę fluuij oſtia. A meridie & oriente terminatur mari.

Loca eius inſigniora ſunt hęc: Lodhuſia portus & emporium,waldburgium vrbs inſignis arce munitiſſima, Halmſtadt, Helſinburgum vrbs arce inſignis. Landſcrona, Malmogia portus & emporium, Rochnabij, Anſcher, Calmaria vrbs magna,portus & emporium. Habet arcem, quę operum magnificẽtia certat cũ arce Mediolanenſi. Stegholin,Sudercopia emporium & portus. Nortcopia, Lidecopia ciuitas ſuper lacu Vener, Tingualla oppidum ſuper eodem lacu. Hic ſunt foſſiones ferri optimi ,Ianocopia clarum oppidum, Vaſtena oppidum,inſigne monaſterio & conditoriis beatarum Brigittę viduæ & filiæ Catharinæ, Echeſio oppidum.

Huetlandia oppidum, Dalia ducatus, Vermelandia ducatus.

VESTROGOTHIA ducatus.

Eius ciuitates ſunt: Scaris, Varnen, in qua eſt inſigne monaſterium ordinis ſancti Benedicti, vbi ſepulturæ veterum Regum. Falcopia, habet nomen á nundinis equornm qui hic venduntur. Kindia Comitatus.

OSTROGOTHIA Ducatus.

Sunt in eo ciuitates: Schemingia,hic condita ſunt corpora beatarum virginum Ingridis & Mechthildis, Lincopia ciuitas epiſcopalis.

Aduith vicus, in quo ſunt fodinę ferri & æris, HALLADIA Ducatus, & in eo ciuitates. VÆ, Lundis metropolis. SMALANDIA Ducatus. TNISCHIA Ducatus. VERENDIA Ducatus, & in eo Vexio ciuitas epiſcopalis BLECHINGIA Ducatus, & ſub eo ciuitates, Cronabech, VVeſterwich.

VISBI ciuitas Gothiæ. Emporium fuit antiquum, celeberrimum, inſtar eius apud Genuam Ligurum. Poſtea Danorum & Moſchorum piraticis excurſionibus afflictum, deſertum eſt. Extant hodie ruinæ teſtantes veterem claritatem. Fuerunt hoc loco prima ſtatiua Gothorum, qui Meotidem occuparunt. Eſt hodie fertilitate agri & arce & Monaſteriis inſignis. In reliquis eſt Cœnobium ordinis ſancti Benedicti, apud quos eſt bibliotheca circiter duum millium & authorum & Codicum veterum.

## DE FINLANDIA.

FInlandia, dicta eſt pulchra terra, vel vt ſignificantius dicam, fina terra, quomodo finum aurum, finum argentum vulgò dicunt. Plinius Eningiam vocat, quod ipſum nomen ſingularem notat, ꝙ terra ſit eximiæ fertilitatis. Idem Plinius viſus eſt eam appellaſſe Finnoniam, pro quo corruptè legũt Pannoniam. Certe hodie quoq; ſinus Finnonicus à Finlandia appellatur.

Habuit Eningia antiquitus titulum regni, tanta eſt eius amplitudo, nunc titulum Dinaſtiæ, tenetq; eam Sclauonum gens & lingua.

Fuit ſuperiori ætate ritus Græci, donec dominum habuit Moſchũ: hoc verò tempore ſub rege Sueciæ exiſtit, & communionem occidentalis eccleſiæ tuetur.

Vina Hiſpanica inferũtur multa copia, & quo

ea gens

ea gẽs ad plurimã liberalitatẽ & hilaritatẽ vtitur.

Terminantur à ſeptentrione linea auſtrali Oſtrobothniȩ,& per montes extenditur,Ab occidente mari finnonico.

Loca eius inſigniora hȩc ſunt, Guſta caſtrum, Abo ciuitas, Rasburgum, Viburgum, Nouũ caſtrũ, Satacũdiæ Ducatus, Domus regia,caſtrũ, Achas, Huittis, Pirchala, Saſtamala, Kijri, Tauaſtiæ Ducatus, Pelchene, Sexmeche, Hauo, Hactolo, Ianacala, Vano, Lampis, Holola, Itamal, Padas, Iochi, Iemſe, Siſmes, Karelia Ducatus, Sagholax, Lapaueſi, Ieskes, Egrepe, Semingia, Iochas, Kiuando, Nikirkia,id eſt,noua eccleſia, Vekelax, Pittis.

NORDFINLANDIA,id eſt,borealis Finlandia Ducatus, Agreminne, Vermo, Agero, Nouſis, Moſcho, Tetola, Reſſa, Nikirkia, Ioky, Ragna, Poyte, Toueſala, S.Catherina, Vemo, S.Martinus, Pikke.

SVDERFINLANDIA,id eſt,auſtralis Finlandia Ducatus, Pargas, Kymitte, Nadental,id eſt, Vallis gratiæ, Kymittele, Sain, Nau, Pemara, Corpo, Halikko, Vſchele, Bierno, Permo,

NILANDIA,id eſt,noua terra Ducatus, Tenala, Berga, Payo, Karis, Sybo, Victes, Loyo, Helſnigia, Ingoa, Eſpoa, Kirkiolech.

# ANDREAS
## PALEOSPHYRA GVN-
## delfingius Lectori. S.

A Marone licet Ithacus Vlyſſes ſcelerum Inuentor, ab Homero Politropos, ab alijs technarum architectos & verſutiæ omnis conciliabulum appelletur: attamē Sapientiſſimus, peritiſſimus, atq; patientiſſimus heroū omnium & prędicatur & habetur, q̄ peregre profectus externorum hominum mores multorum cognouit & vrbes, ab aduerſante nimium ſibi fortuna per Scillam atq; Carybdim actus, Syrtiū Cyclopis Syrenū & Circes moleſtias tulit. Quis ergo non videat, quis non intelligat q̄ decorū, q̄que vtile ſit ad tanti principis veſtigia q̄ remotiſſime peregrinari, alienas terras inuiſere, vnde peculiaria gētium aliarum ſtudia, mores, exercitia, linguę, leges, dogmata ſacra & profana omnia, eſus veſtitus, ædificandi ratio, locorum ſitus cultusq;, & deniq; rerum naturæ omnium ediſcantur. Quoniā vero propter impedimenta plæraq; ætate maxime noſtra omnibus hoc non conceditur, vt non minus illa hęc in patrio ſinu quieſcendo cognoſcerentur, elabo-

rauit

rauit Boemus hic meus Literarum humanarum ſcientiſſimus ex innumeris claſſicis ſcriptoribus conſcriptum præſens opus. In quo tres terræ partes, partium regiones, & loca, locorum homines, hominum mores & ritus memorabiliores explicantur omnes, tanta diligentia: tanta arte, quanta à nemine ante eũ vnq̃ prius pertractati dinoſcuntur: ex racematione diligenti vindemiam, ex ſpicilegio meſſem fecit, ſuccoſum non minus q̃ iucundum, nec iucundum minus q̃ vtilem atq; per neceſſarium librum, adeo, vt niſi quæ in ipſo de homine prædicantur, ille, qui humanitati ſtudet, cognouerit, magis inſtituto aberret ſuo q̃ materiarius, quem materiæ in qua laborat natura ſiue conditio fugerit. Quare humanarum rerum humane Lector eas hominũ res intuere, lege, atq; vbi quanta in eis vtilitas, quanta humanæ vitæ inſtitutio ſit, experieris, gratias Boemo noſtro age immortales.

INDEX

# INDEX CA=
## PITVM TRIVM LIBRO•
### rum Ioannis Boëmi de omnium Gentium moribus.

## LIBER PRIMVS.

De Origine hominis opinio Theologorum vera. Caput.I. Folio.3
De Origine hominis opinio Etnicorum falſa. Caput.ij. 5
De terræ ſitu & partitione. Cap.iij. 6
De Æthiopia & gentis eius priſcis moribus. Caput.iiij. 7
De Ægypto & ritu gentis vetuſto. Cap.v. 9
De Pœnis & cæteris Aphricæ populis. Caput.vi. 17

## LIBER SECVNDVS.

De Aſia & celebrioribus eius gentibus. Caput.I. 23
De Panchaia & moribus Panchaiorum. Caput.II 25
De Aſſyria Aſſyriorumq; viuendi moribus. Caput.III 26
De Iudæa & Iudæorum viuendi ritibus, legibus, ac inſtitutis. Cap.IIII 28

De

De Media Medorumq; moribus. Cap. V. 32
De Parthia & Parthorum viuendi moribus Caput. VI. 33
De Perſia & Perſarum moribus, ritibus, & inſtitutis. Caput. VII. 34
De India & Indorũ prodigioſis ritibus, moribusq; viuendi. Caput. VIII. 35
De Scythia Scytharumq; feris moribus. Caput. IX. 40
De Tartaria, gentisq; Tartarorum moribus & potentia. Caput. X. 44
De Turcia Turcarumq; moribus, legibus, & inſtitutis omnibus. Caput. XI. 51
De Chriſtianis, eorumq; origine & ritibus. Caput. XII. 57

## LIBER TERTIVS.

De Europeis memorabilioribus gentibus. Caput. I. De Europa. 67
De Græcia & legibus à Solone Athenienſibus Græcorum longe principibus ſancitis. Caput. II. 68
De Laconia & Laconum ſiue Lacedæmonum inſtitutis. Caput. iij. 71
De Creta inſula, & Cretenſiũ celebratis moribus. Caput. iiij. 75
De Thracia Thracũq; feris morib9. Ca. v. 76

De

De Rusia ſiue Ruthenia,& recentibus Ruſſianorum moribus, Caput. VI. 79
De Lithuania Lithuanorumq; vita. Caput.VII. 80
De Liuonia, Pruſia & militib9 marianis. Caput. VIII. 81
De Polonia, Polonorumq; recentibus moribus. Caput. IX. 84
De Hungaria, Hungarorũq; viuendi inſtitutis Caput. X. eodē
De Boemia & moribus Boemorum. Caput. XI. 86
De Germania, & inſtitutis eorum plurimis. Caput. XII. 88
De Saxonia Saxonumq;, & priſcis & recentibus moribu.s Caput. XIII 95
De Vueſtualia & Iudicio Vueſtualis à magno Carolo commiſſo. Caput. XIIII. 97
De Franconia & Francorum multis ritibus. Caput. XV. 98
De Sueuia Sueuorumq; moribus & priſcis & recētibus. Caput. XVI. 103
De Bauaria & Carinthia, & earum priſcis legibus, & moribus quibus hodie viuunt. Caput. XVII. 105
De Italia Italorumq; moribus. Item de Romulo & eius ciuilibus inſtitutis. Caput. XVIII. 111


De

De Liguria Ligurumq; priſco viuendi more, Caput. XIX. 122
De Tuſcia & gentis eius antiquis moribus. Caput. XX. 123
De Galatia Europea & Galatarum priſcis moribus. Caput. XXI. 124
De Gallia Gallorumq; veteribus & recentibus moribus. Caput. XXII. 126
De Hiſpania & moribus Hiſpanorum. Caput. XXIII. 131
De Luſitania & vetuſtis Luſitanorum moribus. Caput. XXIIII. 133
De Anglia, Scotia, Hybernia aliiſq; multis inſulis & inſulanorum moribus. Caput. XXV. 134
De Taprobana Inſula & gentis eius moribus. Caput. XXVI. & vltimum 139

FINIS.

Antuerpiæ Typis Ioannis Graphei.
Anno. M.D.XXXVII.

06859



c
J537
B671o